201

CONTROVERSIARVM

Quibus nunc exagitatur CHRISTI fides & religio, pars altera: ita explicatarum, vt vel aduersariorum non reformident iudicium.

Per Albertum Pighium Campensem.

EARVNDEM CAPITA ATQVE argumenta versa pagella indicabit.

VENETIIS M D XLI.

EXPLICATAE HOC LIBRO SECVNDO CONTROVERSIAE.

Ad hęc, pertractata eſt quęſtio, de diuortiatorum coniugijs, & vxorum pluralitate ſub lege Euangelica.

ALBERTVS PIGHIVS LECTORI. S.

EN habes tandem Chriſtiane lector, partem alteram ac reſiduam Controuerſiarum, quibus nunc miſere exagitatur Chriſti fides & religio, ea à nobis diligentia & luculentia, ut ſpero, explicatarum, ut controuerſiјs his poſthac locum non fore certo cõfiderem, ſi omnes, ſepoſitis tantiſper affectibus, vno ueritatis ſtudio curarent has ipſas diligenter expendere. Quod vt faciant, Chriſtum oro, vt ſuo nos ſpiritu omnes illuminare dignetur, et eccleſiæ ſuæ, ſublatis cõtrouerſiјs omnibus, ſynceram in fide, religione, & hierarchia illa ſua, vnitatem reſtituere, Quò tantum labores noſtri cum reſpiciant, eos gratãter accipies, & eodem, vnà mecum eniteris & conaberis pro viribus. Quod vero aliunde poſterior hæc pars q̃ illa prior prodeat, partim caſu, partim culpa prioris typographi factum eſt, qui lucelli, quã datæ fidei ſtudioſior, eouſq; eius impreſſionem diſtulit, ut ante ſolutũ Ratisbonenſem cõuentũ non potuerit abſoluere. Sed ne ea aut deſyderio tuo aut utilitati deeſſet diutius, aut etiam illa

sine hac, circumferretur mutila, nosq́; fidei no-
strae defuisse videremur, Thomae Iuntae ci-
uis Veneti & typographi elegantissimi,
studio & industria sarcitum est. Vale
Venetijs Idibus Augusti Anno
à nato redemptore,

M D X L I.

CONTROVERSIA DECIMA,

Alberto Pighio Campense authore.

DE NVMERO ET VSV SACRAMENTORVM, IN VNIVERSVM.

ADuersarijs nihil placet, quod hactenus patribus nostris in ecclesia placuit, à quibus tñ absq; certissima atq; irrefragabili ratione recedere, nobis tutum non videtur. Hactenus septenario numero celebrata in ecclesia sacramenta didicimus, Baptismum, Confirmationem, Pœnitentiam, aut Absolutionem, Eucharistiam, Ordinem, Matrimonium, Vnctionem extremam. Neq; id nuper cœpisse, sed multis retro sæculis, magno consensu, per uniuersam ecclesiam ita doctum, ita creditum absq; ulla questione, & controuersia, fuisse ab omnibus. Sacramenta autem, ut hoc numero proprie contineantur, hactenus intellexerunt omnes signa efficacia quędã, à Deo ad hoc instituta, ut significarent in nobis certum quendam diuinę operationis & gratię effectum, qui signis illis nunq̃ deest, nisi quid desit aut obsit, in ijs qui vtuntur eisdem: Baptismum, ablutionem à peccatis, & ciuilitatis ac militiæ regni Christi, characterem, inaugurationemq; quandam: Confirmationem, spiritus sancti, singulari quodammodo inhabitationem: quo Christi miles ad perferendos huius militiæ spiritalis labores, & pericula reddatur confirmatior, & magis intrepidus: Absolutionem, remissionem peccatorum, quibus in

Sacramenta septem hactenus celebrata in ecclesia.

Sacramẽtum, signum efficax a Deo institutum, ad significandum diuinæ in nobis operationis certum effectũ

Baptismus

Confirmatio

Absolutio

baptismo acceptam maculauimus innocentiæ tunicam: Eucharistiam, animæ nostræ uelut nutricationem, vegetationemq; quandam, & pinguedinẽ, insuper & singularem quandam ac uelut substantialem (vt orthodoxi patres loquuntur) vnionem cum Christo, cum cõmunicatione plenitudinis, quæ in eodem exundat diuitiarũ suæ gratiæ: Ordinẽ, gradum in hierarchia ecclesiastica, cum diuinæ virtutis & energia, & gratia qua efficaciter possit omnia, quamuis humanã, immo omnẽ creaturæ virtutẽ excedentia, quę ad officiũ eius pertinent: vt consecrare panem & vinum in Christi corpus & sanguinẽ, & Deo offerre immaculatam hostiã, atq; etiam populo eandem, velut viuum & viuificum panem, distribuere: Matrimonium, indissolubilem coniunctionem coniugum, quo eos connectit Deus, non humanũ arbitrium: ad hæc, diuinam gratiam, quæ carnalem vsum, alioqui illicitum, sanctificat, & honorabilem immaculatumq; thorum reddit: Vnctionem extremam, sanantis diuinæ gratiæ dulcedinem: quæ aliquandó etiam in corpus redundat, & à corporali ægritudine nos subleuat, quando nobis hoc vtile ille dijudicat. Hęc fuit hactenus toto orbe, Christi fidelium omnium, de sacramentis septem, fides, & erga eadem pia, religiosaq; obseruatio.

Eucharistia · *Ordo* · *Matrimoniũ* · *Vnctio extrema*

Aduersarijs vero nihil horum placet omnium, sed perinde quasi cum ipsis primum nata esset Christi religio, primi eius missi à Christo Euangelistę & Apostoli, ita nobis nouas omnium finitiones proferunt, nouas leges velut é sublimi, & ex Apostolorũ illa, in qua residerẽt, cathedra edicunt: Docent sacramenta esse ritus qui habent mandatum Dei, & quibus addita sit promissio gratiæ. Si rationem quęras, cur, quã hactenus sequuti omnes sumus, sacramentorum definitio ipsis nõ placeat, sed noua hæç istorum sit verior, nihil aliud inuenis, nisi tibi

Aduersarijs quid sacramẽtum sit

illud Pythagoricum, αὐτὸς ἔφα, ſufficiat.,

Tria tãtum ſacramẽta eoſdẽ agnoſcere.

Hijs ſubiungunt, tria tantum eſſe re vera, ſacramenta, nempe, Baptiſmum, Cœnam domini, Abſolutionem, quæ eſt ſacramentum pœnitentiæ: tametſi nec hic omnes conueniunt, ſed quidam eorum, duo tantum priora, ſacramenta recipiũt, Pœnitentiam aut abſolutionem, inter falſò dicta ſacramenta cõnumerant.

Confirmationem Vnctionem, & Sacerdotiũ, iyſdem eſſe ritus quoſdam inſtitutos ab hominibus. Matrimoniũ eſſe ſtatũ quẽdam velut politicum. Hæc illos, velut legiſlatores quosdã tãtum edicere.

Confirmationem, vnctionem extremam, & ſacerdotium quomodo à nobis celebratur, eſſe ritus quoſdam inſtitutos ab hominibus: Matrimoniũ, eſſe ſtatum quẽdam, qui ad vitã corporalem pertineat. quod non magis ſacramentum dici poſſit, q̃ magiſtratus aliquis, qui in re publica geritur, aut ſtatus quiuis alius. Quod ſi ſimpliciter affirmantibus hæc illis non credas, licebit tibi, qua illi hæc authoritate proferunt, eadem etiam contemnere. Cum nulla aut ſcripturarum, aut eccleſię, aut conſenſus, orthodoxorum patrum authoritate, nullo argumentorum aut rationum pondere aut euidẽtia, vel tentent quidem hæc aſſerere.

Vt ſuam ipſorum definitionem Sacramẽti redarguant.

Immò (quæ eſt mira & ſtupenda nouæ iſtorum doctrinæ vis & energia) mox ſui obliti, ſe ipſos redarguũt, & definitionem, quam protulerunt, ſacramenti, ſecundum quam tria tantum, vt audiſti, ſacramenta ſtatuunt, ipſimet euertunt. Nam ſi, inquiunt, omnes res annumerari ſacramentis debent, quæ habent mandatum Dei, & quibus ſunt gratiæ promiſſiones additæ, cur nõ & orationem addimus? quæ veriſſime poteſt dici ſacramentum. Habet enim & mandatum Dei, & promiſſiones plurimas, & collocata inter ſacramẽta, quaſi in illuſtriori loco inuitat homines ad orandum. Quibus annumerari poſſent, & eleemoſynę, & afflictiones, & id genus alia, quæ ſigna ſunt, quibus Deus promiſſiones addidit. Rectè ſanè iſta. Nam euidenter conuincunt non rectè

mus,

ſacramenta à ſe definiri. Quãdo eorum illa definitio non illis tribus tantum, quæ re vera ſacramenta affirmant, ſed multis alijs, quæ nemo vnq̃ inter ſacramenta numerauit, competat.

Catholica ecclesia, quo cõpendio ſuam ſententiã tueatur contra aduerſarios.

Itaq; cum quatuor è ſeptem ſua illa authoritate expungant ex albo, nunquid apud nos præ illorum authoritate non præualebit catholicæ eccleſię authoritas? Quam, ſi hoc cõpẽdio, hac fiducia ſuã apud nos cauſam perorantem audiamus aduerſus aduerſarios. Lutherus cum ſuis, negat eſſe ſeptem ea quę hactenus habita & celebrata ſunt ſacramenta eccleſiæ: contra, catholica Chriſti eccleſia affirmat. Vtri potius credẽdum cenſetis? nunquid dubia apud nos erit, cui accedamus, ſententia?

Et diuinarum ſcripturarum, & eccleſiaſticæ traditionis authoritate, veritatem eorum ſacramentorum aſſeri, quæ expungũt aduerſarij.

Supra & alibi euidenter demonſtrauimus: non minus certam q̃ Euangelicorum ſcriptorum apud nos eſſe authoritatem traditionis eccleſiaſticæ, vt quorum, niſi per hanc, prorſus non conſtet nobis authoritas. Quid ergo, cum & eccleſiaſtica, & ſcripturarũ authoritate nobis cõſtet, ſeptem hactenus celebratorum in eccleſia ſacramentorum veritas, an quiſq̃ mẽtis ſanæ mouebitur Lutheri & ſectatorũ eius nuda aſſertione affirmãtiũ cõtrarium?

Sacramentum Ordinis aſſerendum propria cõtrouerſia.

De ſacramento Ordinis, mox ſingulariter agemus, quando de eo ſingularis ſequitur confeſſionis articulus.

De ſacramento Confirmationis.

Ex authoritate ſcripturarum.

Sacramentum manuum impoſitionis aut confirmationis, quod ab alijs & cõſignationis dicitur, ex ritu quo in eo ab initio vſa eſt, & vſq; nunc vtitur eccleſia, cõſignando videlicet frontem confirmati ſigno crucis ex ſacro chriſmate, ab ipſis vſitatũ fuiſſe Apoſtolis, teſtatur Lucas in actis apoſtolicis: Cum autem, inquit, audiſſent apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos iam credentes, & baptizatos, à Philippo, Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritũ ſanctum

ctum

ctum, nondum enim in quenq̃ illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu: Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum: Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens, Date & mihi hanc potestatẽ, vt cuicũq; imposuero manus, accipiat spiritũ s. Videtis sensibile signum, impositionis manuum apostolicarum, & qui in locum eorum successerunt, Episcopalium, non sine verbo & oratione solenni, Videtis signi efficaciam, atq; effectum, nempe traditionem spiritus sancti. Recte proinde ipsum inter sacramenta habemus: Quo eodem, & Paulum confirmasse baptizatos à se legimus, & eandem sacramenti efficaciam, siquidem discipulos non plene instructos in via Domini, nec Christi baptismate, sed Ioannis baptizatos inueniens, iam rite institutis baptizatisq; in nomine Domini Iesu, cum imposuisset, inquit, illis manum, venit spiritus sanctus super eos. In hunc modum ab apostolis ipsis ad nos vsq; credidit toto orbe ecclesia, Christi fideles baptizatos, per manus episcoporum, qui apostolorum locum tenent in ecclesia, spiritũ sanctũ accipere. Quod ex epistola illius beatiss. Leonis ad Germaniæ & Galliæ Episcopos, quæ numero est LXVI. Ex illa quoq; B. Innocentij ad Decentium Egubinum Episcopum, qui ecclesiæ obseruationem in eius sacramenti traditione, ab apostolica traditione & doctrina affirmat traxisse originem. item ex epistola b. Damasi ea quę est de corescopis, est clarissimũ cernere.

Ex consentienti doctrina ecclesiastica ab initio Cuius testes B. Leo. Innocentius.

De quo & ille catholicæ ecclesiæ præsidens Eusebius. qui sub Diocletiano, pro Christi nomine gloriosum consummauit martyrium. Manus quoq; impositionis, inquit, sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdoti-

Damasus
S. Eusebius

bus: nec tempore apostolorum, ab alijs, q̃ ab ipsis apo-
stolis legitur aut scitur esse peractum: nec ab alijs, q̃ per
illos qui eorum tenent locum, vnq̃ perfici potest, aut fie-
ri debet. Nam si aliter pręsumptum fuerit, irritum habea
tur & vacuum, nec inter ecclesiastica vnq̃ reputabitur sa
cramenta. Hæc ille gloriosus Christi martyr, & aposto
licæ ecclesię Episcopus, lõge ante annos duodecies cen-
tenos, in ipsa vere florente primitiua ecclesia.

Ex qua eadem, & ex eadem apostolica cathedra, eadẽ
Vrbanus martyrij gloria insignis ille sanctus Vrbanus, qui sub
Alexandro Mãmeę pro Christi fide glorioso martyrio
consummatus est, non longe supra vnius hominis ætatẽ
post Apostolorum tempora scripsit Christianis omni-
bus. Omnes fideles, per manus impositionem Episco-
rum, spiritum sanctum post baptismum accipere debẽt,
vt pleni Christiani inueniantur: Quia cum spiritus san-
ctus infundit, cor fidele, ad prudẽtiã & cõstãtiã dilatat.
Et ante hũc, ille quoq; b. Petri discipulus & successor, tã
in cathedra, q̃ i glorioso, quo cõsummatus ẽ, martyrio,
S. Clemens Clemens, in epistola ad Iulianũ & Iulium Episcopos,
docet festinandum omnibus renatis Deo, consignari ab
Episcopo, & ab eo septiformem spiritus s. gratiam ac-
cipere: aliter negans perfectum Christianum, quisquis
neglexerit hoc sacramentum percipere, & non, necessita
te caruerit: ita dicens se accepisse à b. Petro, & sanctos
apostolos docuisse præcipiente domino. Quin & ille
B. Dionysius s. Dionysius cap. iiii. hierarchiæ eccle. vniuersum ritum
explicat, quo in ecclesia tunc confirmabantur baptizati.
S. Melchiades De quo etiam s. Melchiadis, illius Eusebij in aposto-
lica cathedra successoris, libet verba adscribere, Spiri-
tus, inquit, sanctus, qui super aquas baptismi salutifero
descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocen
tiam, in confirmatione augmentum pręstat ad gratiam,

Et quia in hoc mundo, tota ætate victuris, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur, Et quis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen, necessaria sunt confirmationis auxilia: regeneratio per se saluat mox in pace beati sęculi recipiendos: confirmatio armat, & instituit ad agones huius mundi & prelia reseruandos. Hactenus ille: Ex quibus est euidens & ipsa luce clarius (nec enim est opus hac ipsa de rē plura doctorum, orthodoxorum testimonia congerere) quę ab initio fuerit catholicę ecclesiæ de sacramento confirmationis sententia: Quæ cum ad nos vsq; eadem immutataq; perdurauerit; nunquid nudę Lutheri & aduersariorum assertioni aduersus eandem quisq̄ credet, catholicæ ecclesiæ filius?

Per oratio, de confirmationis sacramento.

Matrimonio veram sacramenti rationem conuenire, ex diuina ab initio institutione, Christi, Apostolorūq; traditione, & doctrina catholicæ ab initio ecclesiæ, plane indubitatum est.

De Matrimonio quod vere sacramētū sit.

Sacramentum intelligimus, institutum à Deo signum efficax alicuius in nos operationis diuinæ, cui ille nunq̄ desit, nisi quid ex nobis obsistat, aut desit. In matrimonio, celebratur sensibile quoddam coniunctionis viri & mulieris symbolum: In quo, si legitimus consensus eorundem interueniat, illos ipsos indissolubili vinculo coniungit Deus. Quod ipsum in Euangelio testatur Christus. Quos Deus, inquit, coniunxit, homo non separet: coniunxit ipse primum creatos parentes nostros vinculo hoc indissociabili, & quotiescūq; in suo populo à fidelibus cōtrahitur, id ipsum sociare nō cessat. Proinde ipsum Dei verbum: Quos Deus, inquit, coniunxit, homo non separet. Hic primus est, & certissimus diui-

Ex ipsa sacramenti ratione propria.

Cuius in nobis diuinæ operationis sit signū efficax.

Effectus primus & proprius

næ in nobis operationis effectus, quem efficaciter signi-ficāt coniunctionis, quæ in matrimonio peragūtur, sym-bola sensibilia, Quare non verissime sacramentum dici non potest. Adest ad hæc, singularis quædam diuina in coniunctos coniugio gratia, quæ honorabile coniugiũ, thorumq; facit, sine qua, vniuersa illa carnalis cōiunctio non careret peccati fœditate & macula: facit, vt libero-rum procreatio, alioqui damnabilis, imputetur ad salu-tem & gloriam: saluabitur (inquit Paulus, de coniugatę mulieris officio loquens) per filiorum generationem. Quod extra coniugium mors foret & damnatio, con-iugalis gratia salutare facit. Adest postremo diuina in coniuges benedictio, certissimum suum effectum secum afferens, nisi negligentius ab ijsdem excipiatur, & indi-gnitate sua eundem excludant. Nam quod institutum à se in primis parentibus nostris coniugium, etiam benedi-ctione sua sacrarit Deus, scriptura non tacuit, ait enim. Benedixit illis deus ac dixit: Crescite & multiplicami-ni, Liberalis & beneficus in omnes dominus, sua illa be-nedictione coniunctis mari & fœminæ impartit gratiã, qua subleuantur ac dirigantur in omnibus, quæ ad con-iugale officium, & illam vitam indiuiduam pertinent. Quam certo percipiunt, qui coniunguntur vt oportet, in timore domini, & sua indignitate eandem non exclu-dunt. An ad primos tantum coniuges, parentes nostros, illius benedictionis vis pertinet, & ad cæteros non per-tinet? Ita posset imaginari quispiã, nisi & cęteros æquè vt primos illos ipse per se Deus coniungeret: Nunc au-tē cum semper copulat, nunquid semel tantũ benedixit? Sed nō intelligunt, vt videtur, nostri aduersarij, vllam nisi vnam remissionis peccatorum, diuinã gratiam: Ad quam significandam, cum institutum à Deo nō videant cōiugalem viri & mulieris copulam, negant eandem ha

Effectus secundus.

Effectus tertius.

Aduersarios nullam intelligere quàm vnam remissionis peccatorũ diuinã gratiã

bere secum effectum diuinæ in nos operantis gratiæ. At potuissent discere ex Apostolo, viri (quàles videri volunt) plane apostolici, quàm, præter iustificationis gratiam, multiformem ille doceat diuisionem gratiarum diuini in nos spiritus. Qui & hoc apertis verbis nos docuit, sacramentum cõiugij viri & fœminæ, etiam maioris sacratiorisq; rei, q̃ inter coniuges peragatur, nempe, coniunctionis Christi cum ecclesia significare mysteriũ. Nihil enim impedit, vnius signi sacri, plura significata esse: aut vnum significatum, insuper & signi rationem habere, ad aliquid aliud. Sacramentum, inquit, hoc magnũ est: ego aũt dico, in Christo & in ecclesia. Quanq̃ illic, non tam de ipso coniugij sacramento, hoc est, indiuiduæ coniunctionis symbolo, q̃ de re ipsa, ipso effectu sacramenti, ipsa coniunctione cõiugum indiuidua, hoc ipsum videatur intelligere Apostolus. Hoc significans (vt ferè vna est omniũ sanctorum sententia) verba illa protoplasti, quę præmisit de illa coniunctione coniugum indissolubili. (Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhęrebit vxori suæ) fuisse vaticinium de Christo & ecclesia: & illa coniugum coniunctione, etiam tum significasse Deum, rem illam longe sacratissimã & maximã: Quod intelligens d. Augustinus, de nup. & concup. ad Valerium: Quod, inquit, in Christo & ecclesia magnũ est, hoc in singulis quibusq; viris & vxoribus est minimum, sed tamen coniunctionis inseparabile sacramentũ.

Sacramentum coniugij, etiam maioris sacratiorisq; rei, q̃ inter coniuges preagatur significare mysterium.

Ex his euidẽs satis mihi factum videtur, iustissima & verissima ratiõe, vniuersam ab initio Christi ecclesiam, inter sacramenta, hoc est, sacræ rei & diuinæ in nobis supernaturalis operationis & gratię efficacia signa semper connumerasse matrimonium. quanq̃ vnius eius consensus, cõmunisq; obseruatio, pro certissima nobis ratione merito deberet sufficere. Aduersus quam, non solum

Peroratio de sacramento cõiugij.

nuda parum sobriorum hominum assertiõe, sed nec vlla diuinarũ scripturarũ, quantumuis apparẽtia, quę nobis forte videretur, inductarũ authoritate, Christi fidelem quenq; moueri oportere, & supra & alibi demonstrauimus.

De sacramento unctionis extremę.

Superest vnum, quod vnctionis extremæ dicitur, sacramẽtum: quoniam in extrema desperataq; humanitus ęgritudine, pro ęgrotantis spiritali in primis salute, & deinde etiam corporali, vbi eandem illi expedire dominus iudicauerit, vniuerso orbe terrarum, maximo consensu adhibetur fidelibus. Quod cum in salutem eorundem, fides recepit ecclesiæ, aduersus quam nec portę inferorum præualebunt, et insuper astruatur clarissimis verbis apostoli, satis puto nobis securũ permanebit aduersus nudam assertionem aduersariorum contrariam.

Demonstratur vere sacramentum, ex ratiõe sacramenti, & verbis Iacobi.

Si infirmatur, inquit ille, quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

Videtis hic in primis signũ sensibile: vnctionẽ nempe cum sacro oleo in nomine domini, secũdum ritum ecclesiæ, administratam à presbyteris aut sacerdotibus: Videtis illius signi effectum: diuinæ in nobis operationis gratiam, ad ęgrotãtis salutem, remissionemq; peccatorum, si quibus detineatur adhuc, (loquitur autem non de mortalibus illis, sed venialibus peccatis) atq; subleuationem ab ægritudine, sed quando illi hoc vtile iudicabit dominus. Videtis vt simpliciter affirmet, effectum hunc, coniunctum cum suo signo: vtq; ipsum, nisi quid impediat aut obstet in suscipiente (quod in omnibus sacramentis, atq; adeo baptismo necessario excipiendum est) dominũ in nobis operaturũ certos nos faciat. Quid ergo hic habent, quod dicturi sunt aduersarij, cur hęc vnctio ab initio in vniuersa cęlebrata eccclesia, sacramẽtum non erit?

An quod ille ipsorũ Coryphæus, plenus apostatico spiritu, Epistolam, vnde dicta verba citata sunt, nec esse Iacobi, nec dignã apostolico spiritu? Certe catholica Christi ab initio ecclesia, ad quã vnam pertinet canonicarum scripturarum iudicium, pro tali indubitato habet & habuit, nempe, ꝓ Epistola Iacobi, & plena apostolico spiritu, Quid igitur? An quod idem ille addidit? Etiam si, inquit, Iacobi esset, dicerem non licere apostolum sua authoritate sacramentum instituere. Ergó ne sua commenta, sua somnia, Christi ecclesiam docuerunt Apostoli? An quicq̃ illi, tradiderunt ecclesiæ, quod ipsos nõ docuit Christus? An experimentum, inquit ille, quæritis eius, qui in me loquitur Christus? An per vnum apostolorum, ecclesiæ loquutus est Christus, & per alium Sathanas? Mẽdax est igitur etiam ipse Christus, qui nõ vni, sed omnibus illis affirmat; Nõ vos eritis qui loquemini, sed spiritus patris mei, qui loquetur in vobis. Nũquid vnum repleuit illo spiritu, & alterum eodem reliquit vacuum? Sed nusq̃, inquit, legitur, in Euangelio, vnctionis istius extremæ sacramentum. Ergóne Christum authorem non habet? Vbi igitur illa tam multa, de quibus morti vicinus dicebat discipulis? Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spũs veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Et hæc tam multa de quibus loquitur, quæ docenda illos reseruauit vnctione spiritus s. nũquid scripta sunt in Euãgelijs? aut nũquid alium q̃ Christũ authorẽ habent? an cõtra se diuisi sunt, Christus & eius spiritus? Nõ, inquit ille, loquetur à semetipso, sed quæ audiet loquetur. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Eucharistiã vere sacramentũ confiteri nõ dubitant, Habet ergo ipsis definitoribus, promissionem gratiæ. Quomõ autẽ ex scripturis demonstrabunt

Lutheri impij cauilli aduersus epistolam Iacobi.

Vt vera sacramenti ratio Eucharistiæ constare non possit secundũ aduersariorũ principia.

promissam suscipienti Eucharistiam gratiam? Legitur quidem dictum à Christo, in cœna nouissima, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum: sed si verborum illorum expendas sententiam, nihil aliud illis verbis significari inuenies, q̃ quod per mortem & sui sanguinis effusionē redempturus esset genus humanum, Certe nullam illic promitti gratiam, aut remissionem peccatorum suscipienti Eucharistiam inuenies, nec in verbis, quibus cœnam describunt Euangelistæ, nec quibus eandem Paulus explicat. At verba Christi apud Ioannem, aduersarijs huc non pertinent: Quomodo ergo constabit illis secundum sua ipsorum principia vere sacramentum?

Peroratio de veritate septenarij sacramentorũ ecclesię.

Itaq; satis, ni fallor, aduersus nudam assertionem aduersariorum, his asseruimus numerum sacramentorum ecclesiæ.

DE VSV SACRAMENTORVM QVEM DOCENT ADVERSARII.

Restat nunc pertractare paucis, & excutere quem nos vsum sacramentorum doceant: De quo ita habet eorum confessio.

De vsu sacramentorum docent, quod sacramenta instituta sint, non modo vt sint notę professionis inter homines, sed magis vt sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam cõfirmãdamq; fidem in ijs qui vtuntur, proposita. Itaq; vtendum est sacramentis, ita, vt fides accedat, quæ credat promissionibus, quę per sacramenta exhibentur, & ostenduntur.

Damnant

Damnant igitur illos, qui docent, quòd sacramenta ex opere operato iustificent, nec docēt fidem requiri in vsu sacramentorum quæ credat peccata remitti. Quos vero sua hac censura perstringant, in Apologia explicant in hæc verba. Hic damnamus totum populum scholastico rum doctorum, qui docent, quòd sacramenta, nō ponē- ti obicem, conferant gratiam ex opere operato, sine bo- no motu vtentis. Hæc simpliciter Iudaica opinio est, sen tire, quòd per cæremoniam iustificemur sine bono mo- tu cordis, hoc est, sine fide: & tamen hæc impia & perni- ciosa opinio, magna authoritate docetur, in toto regno Pontificio. Hactenus illi.

In quantos errores abducat homines, semel perti- naciter institisse erroneo alicui, & in multa se extenden- te principio, & ex eodem semper progredi, & pergere; nulli obscurum est. Itaq; aduersarij, cum vniuersæ do- ctrinæ religionis nostræ, præcipuum velut fundamentū & principium, eam, quam supra excussimus, doctri- nam suæ illius specialis fidei statuāt, nihil mirum est, lon gissime aberrare eosdem à vero, in omnibus quæ ijsdem ex hoc pendent principio. Sacramenta instituta esse, non modo vt sint notæ professionis inter homines, sed magis, vt sint signa & testimonia diuinę voluntatis erga nos, hactenus orthodoxum est. *Dictæ doctrinæ excussio.*

Ad excitandam vero, cōfirmandamq; fidem in ijs qui ijsdē vtuntur, ea ipsa esse proposita, nouum est: & eius- modi, qualem illam ipsam eorum, de qua loquuntur, fi- dem specialem demōstrauimus. Ad hoc enim sacramen ta sunt proposita, vt sint velut media & instrumēta quę- dam, per quæ, inuisibiliter in nobis diuina virtus opere- tur ea, ad quæ efficaciter significanda instituta sunt. Vt autem non est eadem significatio omnium, ita nec idem est effectus omniū, quem in nobis ea suscipientibus ope- *Ad quid sacramenta nobis sint proposita.*

Vtēdum sacramentis, non vt fides accedat, sed præcedat.

ratur Deus. Vtendum esse sacramentis, ita vt fides accedat, quæ credat promissionibus, quæ per sacramenta exhibentur & ostendūtur. Et hoc quoq; illorum est, nouum, & non catholicum. Nam siue de fide illa sua speciali loquantur, vt indubie faciunt, eiusmodi est, qualem eandem demonstrauimus. Siue de fide catholica orthodoxaq; illud ipsum intelligatur, etiam falsum est: q̄uis non æque falsum. Ita enim sacramentis vtendum est, vt fides præcedat, nō accedat. Neq; enim sacramenta dantur infidelibus, vt fidem per ea accipiant, vt falsò imaginātur aduersarij: sed fidelibus & iam credentibus, qui modo, vsus rationis sunt participes, quo ea assequantur, ad quę efficaciter significanda ea ipsa sacramenta instituta sunt. Accedentē ad Deum, iam ante oportet credere, nisi mentiatur Apostolus. Est enim fides, vniuersi illius motus accessusq; ad Deum, principiū, & nō terminus. quemadmodum in superioribus nō semel demonstratum est.

Iniqua, aduersariorum censura.

Quòd damnant igitur illos, qui docēt sacramenta ex opere operato iustificare, nec fidem requiri in vsu sacramentorum, qua credāt suscipientes, peccata sibi remitti: sua illa authoritate faciunt, scilicet rei Christianæ Areopagitæ, atq; Aristarchi, apud quos sit damnandi & statuendi quicquid sibi visum fuerit, authoritas.

Sacramēta, ex opere operato, conferre eā gratiā, quam principaliter significant, nō ponētibus obicem.

Sacramenta ex opere operato (vt cum eisdem scholastice loquamur) conferre gratiam in ijs qui obicem non ponunt, illam nempe ipsam, quam significant, in paruulorum baptismate testatur fides & doctrina catholicæ Christi ecclesiæ: quæ hoc credit, confitetur & docet. nec diffitentur aduersarij, illis ipsis, quāuis nihil operantibus, conferri eam gratiam, quæ baptismo significatur: nempe, ablutionem ab originalis peccati reatu & vinculo: remissionem damnationis, cui ob id ipsum subiecti sunt: receptionem in Dei amicitiam, & regni cœlestis

hæreditatem ac consortium: quibus vniuersis carerent, si baptismum nō susciperent. Operatur ergo hæc in illis Baptismus, aut Deus per baptismum, velut instrumentum quoddam, absq; vllo eorundem opere, seu motu bono cordis, seu fide.

Tamen in iam ratione vtentibus, obex sacramentorum omnium, primum est infidelitas, aut veræ fidei (quæ totius spiritualis ædificij fundamētum est) carentia: Deinde vnicuiq; sacramēto, id, quod eius effectui primario est planè contrarium.

Obex sacramentorum in ratione vtentibus duplex. Generalis oībus īfidelitas. Vnicuiq; sacro proprius, Id quod eius effectui primario est contrarium.

Vt in baptismo, si adhuc peccatū in nobis viuat, mortuo oppressoq; spiritu, Quandoquidem per baptismū Christo consepeliri nos oportet, in mortem peccati. Viuit autem peccatum, q̄diu per veram pœnitentiam mortificatum non est, & Christo concrucifixa caro peccati. An ignoratis, inquit ille, quia quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem. Quisquis ergo legitime in Christo baptizatus est, ei ipsi q̊q; vt per baptismum consepultus sit oportet. Quod fieri non potest, nisi prius mortuus sit peccato. Nemo enim viuus, nisi in supplicium, sepelitur aliquando: Mortuo non viuo sepultura debetur. Quòd si non consepelitur aut consepultus est Christo, nec efficaciter ad salutem in Christo baptizatus est. Nemo ergo rationis compos, germane in Christo baptizatus est, qui non prius peccato est mortuus.

Obex proprius ī baptismo, Si viuat adhuc in nobis peccatum.

Quòd si quis hic dixerit, in ipso baptismo peccata remitti, culpas ablui, proinde etiā baptizatos peccato mori & consepeliri Christo, modò fide recta, baptismum suscipiant: Is videat, ne & se paralogizet & alios. Neq; enim idem est, mori nos peccato, et remitti nobis à Deo peccata. Morimur peccato, cum ab eo, cui ante seruiui-

Aliud esse nos mori peccato, aliud, remitti nobis peccata.

mus,ante dediti fuimus,ante viximus, ſtudio & volun-tate ſeparamur: cum, quod ante amauimus,nunc proſequimur odio: quod fit per veram pœnitentiam vitæ veteris, & ſtudium vitæ contrariæ. Nec tamen hæc ipſa auerſio à vita veteri, & ad nouam conuerſio, hæc ipſa inquam,quantumuis digna,actuoſaq́; pœnitentia, ex ſe digna eſt,quæ remiſſionem peccatorũ à Deo impetret, à damnationis reatu nos liberet,Deo reconciliet, eius filialem nobis gratiam, & vitæ æternæ hęreditatem impetret. Sed hęc gratis nobis dãtur à Deo,in Chriſto Ieſu, per eius ſanguinem (quo aſpergimur in baptiſmo) per quem operatur in nobis paſſionis & ſanguinis eius virtus & myſterium. Tamen vt digne fructuoſeq́; baptiſmum ſuſcipias,per veram pœnitentiam ante mortuus vt ſis peccato neceſſe eſt. Hoc enim à te exigitur, Nõ equidem ita mortuus,vt amplius tibi moriendum non ſit, nõ vltra mortificanda caro peccati; quod nobis q̃ diu viuimus, quotidie faciendum eſt: ſed ita mortuus, vt iam nõ viuat,nõ regnet in te caro peccati,tametſi ſpiritui adhuc obmurmuret, & indigne ferat ab eodem ſe conculcari et opprimi. Hoc inquã à te exigitur, quo digne fructuoſeq́; baptiſmũ ſuſcipias,vt hoc pacto ſis mortuus: Non, vt eo merearis remiſſionem peccatorum, vnde ſola nos gratia dei & benignitas,per ſaluatorem noſtrum Chriſtum,& in eius ſanguine,liberat: Sed ſine quo non aſſequemur illam gratiam. Quę non obtruditur dormitantibus: nec otioſis, faſtidioſisq́; ingeritur: ſed ijs donatur, qui eandem ex animo deſyderant: qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Male certe minus à nobis ad ſalutem noſtram adferri poteſt, quã vt noſtram agnoſcamus miſeriam: vt ab eadẽ liberari ſerio deſyderemus: vtq́; auertamur pro viribus,ab ijs,quibus nobis eam acerſiuimus. Atq; ita demum conuertamur ad miſericor-

Niſi ante mortuus peccato, indigne baptiſmum ſuſcipit.

disiimum dominum. Qui tùm manum porrigens, & nos subleuans de lacu miseriæ, amicorumq; atq; adeo filiorũ loco nos habens, æq; hoc facit gratuito, æq; liberaliter: nullo hoc ipsum debens nostro officio, nullo merito: tametsi qa bonus est, indignũ existimat hoc impẽdere, aut obtrudere potius beneficij, ijs qui adhuc viuunt pctõ, et sibi contrario dño seruiũt: ne, non displicere sibi putaretũ malitia, et pctm̃, qui odio habet impiũ & impietatẽ eius.

Ex quibus, & fidẽ, & verã pœnitẽtiã in adultis præ requiri, nihil dubitamus, quo digne vtiliterq; baptismũ suscipiãt: vt sine quibus, obex manet præcipuo baptismi effectui. Itaq; Petrus & Apostoli Iudæis ad fidẽ Christi cõuersis, ad hæc, ex fide cõpunctis corde, interrogãtibus, quid facto ipsis ad salutẽ opus foret, ita respõderũt. Pœnitentiam agite. deinde, baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ.

In confirmationis sacramẽto, quis obex proprius.

Ita quoque & in reliquis sacramentis, ad suũ quodq; modum est. Si cor tuum immundo spiritui inhabitandũ præbueris, frustra confirmationis, aut manuum impositionis sacramentum accipies. cuius primarius effectus, non est pecatorũ remissio, sed spiritus sancti datio. Quẽ non baptizatis omnibus, etiam baptizatis digne, & in baptismo remissionẽ peccatorum assequutis dari ita simpliciter, atq; in ea charismatum plenitudine, quemadmodũ in confirmatione datur, sed tantum, quo ad effectum remissionis peccatorum, & iustificationis in Christo gratiæ, Lucas clarissime affirmat: Cũ, inquit, audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orabant pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum: nondũ enim in quenq̃ illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum san

Spiritus s. dationem non baptismi, sed confirmationis, effectum esse primarium.

ctum. Baptizatos vides, nec baptizatos inaniter, qui tamen non in baptismo, sed in manuum impositione, aut confirmationis sacramento, acceperunt, nisi mentiatur ille, spiritum s. Rursus apud eundem. Cum Ephesi Paulus inuenisset quosdam discipulos, nondum plene instructos in via domini, &c. eosdem ante plene instructos baptizauit in nomine domini Iesu. Et deinde cum imposuisset illis manus, venit spiritus sanctus super eos. Et hic idem vides quod supra. Proinde, Petrus & apostoli cõuersis Iudæis ad fidem, in primis pœnitentiam prædicãt, deinde baptisma in remissionẽ peccatorum, & post hæc omnia promittunt accepturos ipsos spiritum sanctum. Itaque, quo quis huius sacramenti effectum recipiat, ante, vt remissa illi sint peccata oportet. Quod q̃diu factũ non est, obex durat, qui excludit sacramenti efficatiam. Quomodo, ĩquit ille orthodoxus Hieronymus, de Arrianis loquens, spiritum sanctum ab ecclesia recipiet, qui necdum remissionem peccatorum consequutus est?

Vt peccatorũ remissio confirmationẽ debeat præcedere.

Sacramẽti ordinis effectui primario (cũ etiam in peccatoribus maneat) per peccata obex nõ præstatur, sed vnã ille fidem requirit, & personam idoneam: quanq̃ peccet, qui ipsum indigne suscipit. Neq; enim hoc sacramẽtum ex opere operato iustificat, sed in ordine sacerdotali aut leuitico constituit, & elargitur spiritus sancti gratiam: non equidem iustificantem, sed velut energiam quandã, ad functiones, eius quod suscepit officij, in vtilitatem ecclesiastici corporis, membrorumq; eius, efficaciter obeũdas, necessariam. Proinde Christus, illis primis sacerdotibus suis, dimittẽdi hominibus peccata authoritatẽ conferens, cum præuio insufflationis actũ, Accipite, inquit, spiritum sanctum, non equidem ad iustificationis effectum (ad quem, iandudum eundem illum ipsum acceperant) sed ad hoc, vt quorum remitterẽt peccata, ea remis

Sacramẽto ordinis, quis effectus primarius. Et vt ille sit etiam in peccatoribus.

sa forent, & quæ retinerent, retēta. Quemadmodum, ad doni linguarum, fortitudinis, cæterorumq; charismatū, ipsis, ad euangelicæ doctrinæ in orbē vniuersum (ad qđ destinabantur) propagationem necessariorum, paulo-post, die pentecostes eundem spiritum sanctum iterum acceperunt. Quæ tamen ipsa charismata, etiam in peccatoribus fuisse & perdurasse, qui in die iudicij à Christo audituri sunt. Quia nunquā cognoui vos, discedite à me operarij iniquitatis, idē ipse Christus nobis certissimus testis est. Quanq̄, qui digne, & vt oportet, ordinis sacramentum suscipiunt, non solum illam gratiam efficaciter exequendi, quę ad suum munus spectant, accipiunt: sed etiam eam, qua digne & salubriter, illud ipsum adimplere valeant, cum augmento præexistentis in eisdem gratiæ, & charismatum.

Effectus secundarius, qui adest in digne suscipientibus ordinem.

In eundem modum. Cum primarius effectus in sacramento matrimonij sit coniugum indissolubilis copula: Cui semper coniuncta est altera illa cōiugalis gratia quę honorabile coniugium thorumq; facit, obex eum effectum excludēs, vtriusq; aut alterius dissensus est. Quo fiāt autē superadditæ à Deo benedictionis participes, vt digne & in timore Dei coniungantur oportet.

In matrimonii sacramēto quis obex effectum eius proprium excludat.

Et quis superadditæ illi diuinæ benedictiōis effectū.

In vnctionis sacramento, quia primarius effectus est, confortatio animæ, deinde & corporis, nō debet, qui sū suscipit mortalibus peccatis adhuc detineri obnoxius: deīde, vt adsit oportet fiducia accipiēdi à Deo, qđ vnctione illa significatur ac promittitur: Quam innuit Iacobus cum ægrotum ipsum iubet ad illam ipsam accipiendam inducere presbyteros ecclesiæ. Quod qui facit, ex fiducia percipiendæ in eo salutis facit.

Vnctionis sacramētum, quā dispositionē in suscipiente requirat, vt suum effectum conferat.

Et hactenus quæ in singulis suscipiendis sacramentis requiratur dispositio, quo efficaciter in nobis operentur quod significāt, & quis per singula obex effectum exclu

Peroratio de vsu sacramētorum, et dispositione requisita ī singulis, quo efficaciter operentur quod significant.

Nō requiri in singuli fidem, qua credamus i illis nobis peccata remitti.

dat, paucis atque obiter explicatum est. Non requiri vero in vsu sacramentorum omnium fidem, qua credamus in illis peccata remitti, nos affirmamus verissimum. Cum nō sint omnia, primo ad hoc instituta à Christo, sed duo tantum: nempe baptismi, & pœnitentiæ sacramenta. Reliqua, proprios suos effectus habent, quemadmodum nunc explicatum est.

Vt verissima sit snia, quam aduersarii dānant in scholasticis.

Quòd igitur damnant totum populum scholasticorū doctorum, hi magni merito non facient: sed honori sibi ducent ab illis damnari, qui ipsi merito sunt damnabiles. Nam sacramenta ex opere operato conferre eam gratiā quam significant, non ponenti obicem, nos affirmamus verissimum: alioqui non forent signa efficacia. Obicis tamē amolitionem: in ijs qui rationis sunt compotes, non fidem tantum orthodoxam, sed et alia pleraq; haud leuis momenti requirere, in superioribus palàm factum est.

Vt etiam ii dē ipsi affirment, quod damnant in scholasticis Cauilli remotio.

Quòd si Iudaica, impia, & perniciosa hæc sit opinio, quòd per cæremoniam (ita sacramentū appellant) quis iustificetur sine bono motu cordis: necesse est, vt ecclesiā catholicam, eiusmodi impietatis, & perniciosæ opinionis ream agant: quæ hoc ipsum credit, confitetur & docet in paruulorum baptismate: nec ipsi diffitentur aduersarij. Quòd si hic dixerint, de adultis se loqui, non paruulis: bis se ridiculos facient. Quando de ipsis in se sacramētis, eorumq; efficacia, nisi quid obstet aut impediat, non vero de differentia suscipiētium, susceptus hic sermo est. Sacramentum baptismi, vnum est, eiusdemq; efficaciæ, seu collatum adulto, seu paruulo. Hunc vero iustificat: non ex opere vllo suscipientis, quod nullum est: non ex merito aut opere baptizantis, qui sæpe numero peccator est, & vix alicuius precij homuncio: sed sua ipsius efficacia, quam accipit ex Christi passione, & sanguine, quo in baptismo aspergimur. Idem ergo operatur, quantum

equidem

equidem ex ipso est, etiam in adulto. Quamuis in eo, ne sit obex sacramenti efficaciæ, requiratur fides: requiratur & mortificatio corporis peccati per pœnitentiam, si illud iandudum in eo vixit, & proprijs peccatis sese cōmaculauit. Quibus si careret, vni subiectus peccato originis, ad obicis amolitionē pœnitentia opus non haberet, sed sola illi fides, cum syncera conuersione ad Deū ad hoc sufficeret. Nec docet quisquam scholasticorum, digne vtiliterq; hoc sacramentū à ratione vtentibus suscipi, sine fide, & bono motu cordis in Deum. Sed illorum sunt hęc cōmenta, quæ mendaciter affingūt scholasticis. Docent nihilominus, non ex opere, aut merito conferentis sacramenta, neq; etiam, ex opere, fide, aut bono cordis motu ea suscipiētis, pendere eorundem efficaciam. Hęc inquam (quod aduersarios male habet) magna authoritate doeentur in regno pontificio, quod idem, Christi regnum est: nempe, catholica per orbem ecclesia: hæc docta sunt semper, hæc docebuntur perpetuo, quandiu stabit ecclesia.

CONTROVERSIA VNDECIMA.

De ordine Ecclesiastico.

DE ordine Ecclesiastico, quoniam in confessione sua specialem ediderunt articulum aduersarij, nobis quoq; specialiter agendum est. De quo paucis quidem verbis illi se expediunt, at non parum sub illis paucis verbis nō sancti mysterij obtegitur. Habet articulus eorum, in hæc verba.

Explicatur sententia aduersariorū de ordine ecclesiastico & sacerdotio.

De ordine Ecclesiastico docēt, quod nemo debeat in ecclesia publice docere, aut sacramenta ministrare, nisi rite vocatus. Latens sub hijs mysteriū, tunc intelligis, si cū hijs contuleris, quæ in articuli præcedentis assertione dicunt de sacerdotio: nempe, ipsum nō esse sacramentum, sed nudum prædicandi verbi, & porrigendorum populo sacramentorum ministerium. Nec nos indigere sacerdotio, quod cum quadam consecratione & sanctificatione distinguat sacerdotes nostros à Laica multitudine: quale fuerat illud Leuiticū in testamento veteri: vt quorum erat officiū, offerre Deo pro populo: cui apud nos locus nullus sit: vt post oblatum illud cōsummatumq́ in cruce, nullo apud nos quod offeramus existēte sacrificio. Non aliud ergo sacerdotium agnoscūt, q̄ doceat Lutheri euangelium: nempe docendi verbi & sacramentorum nudum ministerium, alicui mandatum, à magistratu, aut populo, vel simpliciter, vel cum solenni ritu aliquo, quē ipsi sibi finxerunt pro honorando ministerio. Esse proinde sacerdotes, q̄diu committenti populo aut magistratui placeat: desinere esse, cū reuocatur ministerij cōmissio.

Sacerdotium illis esse nudū verbi & sacramentorum ministerium alicui mandatum a populo a magistratu.

De catholico sacerdotio q̄d sentiant.

Quale vero apud nos est, & fuit, sacerdotiū, ad celebrandam missam, offerendum altaris sacrificium, remittenda peccata hominibus, cæteraq́ peragenda, quæ nos dicimus pertinere ad sacerdotale officium, quod subsistere posse credimus, sine prædicandi verbi ministerio, esse ignoratum Christi ecclesiæ: sed inuentum papisticæ ecclesiæ: immo, nihil esse q̄ merum figmentum ignorantium hominum, nec de sacramento, nec de re ecclesiastica quicquam intelligentium. Christo authore, dignitatis authoritatisq́ imparitatem non esse in ecclesia. Omnes eandem à Christo potestatem habere: omnes in eodem gradu consistere: omnes æque Christianos sacerdotes esse: omnes sanctificatos in Christo: tametsi nolint lice-

re omnibus ea potestate vti, sed hijs tantum, quibus id à populo aut magistratu committitur: cui ministerium verbi, & sacramentorum demandatur. Quem rite vocari intelligunt: atq; ea vocatiōe ministrū ecclesię cōstitui.

Et hæc illi tanq̄ legislatores quidam ita proferunt, velut ex tripode. Quibus simpliciter asserentibus, si non credas, sed demonstrari tibi inauditam nobis hactenus doctrinam exigas, nihil inuenis, nisi vnum illud Petri tibi ad hæc omnia sufficiat: Vos estis regale sacerdotium. Quo verbo, Christianos omnes indiscriminatim sacerdotes pronunciari intelligunt. Nec aliud esse inter nos sacerdotium, quàm quod in baptismo accipimus. *Quibus argumentis nitātur*

Quæ doctrina nisi vniuersam secum religionem vnà inuoluat, & conetur in vulgi vilipensionem, ac contemptum adducere, ego sanè nihil intelligo. Hoc scio, concomitanter & correspōdenter hęc necessario se habere, sacerdotium, & religionē: & quanti hæc apud quoscūq; fuit, tanti fuisse & sacerdotium: nec posse alterum in partem vllam seiungi ab altero, aut in vilipensionem & contemptum venire sine altero. Proinde, quò spectet hæc noua doctrina, quę profanat, cōmune facit, immo prorsus tollit, sacrosanctum sacerdotium nostrum, & omnē ordinem sacrum ex ecclesia, nō est admodum emunctis naribus, cui non suboleat. *Quo spectet ista aduersariorum doctrina de sacerdotio.* *Doctrina hactenus recepta de ordine sacro, & sacerdotio: quibus nitatur.*

Nos aliam doctrinam didicimus in catholica Christi ecclesia. Quæ cum diuinarum scripturarum authoritate, orthodoxorum ab initio omnium consensu, & totius per orbem ecclesiæ catholicæ communi nitatur sententia, mihi certior videtur: & quam, Christi fideles sequantur securius, q̄ nudę impudētiq; assertioni cōtrarię.

In primis hoc ex Apostolo nobiscum intelligere cōsentireq; videntur aduersarij, imo planè consentiūt, sacerdotiū, sanctificatiōe quadā & cōsecratione distinctū à *Euangelici sacerdotij veritas, demonstratur, ex veritate sacrificij euangelici.*

populo, ibi necessario exigi, vbi sit sacrificium Deo offerendum pro populo: Sed quia nullum apud nos volunt esse sacrificium eiusmodi, nullam quoq; putant esse necessitatem apud nos sacerdotij sacratioris istiusmodi, & discriminati à populo. Supra autem à nobis irrefragabiliter demonstratum est, apud nos esse sacrificium, omniũ sacrificiorum maximum & dignissimũ, quod quotidie offeratur Deo ꝓ populo: Esse proinde etiam apud nos sacerdotium sacratissimum, & omni honore ac reuerentia dignissimum: & non profanum & commune omni populo. Quæ vna ratio ad conuincendos aduersarios, mihi eousq; sufficere videtur, quousq; non rectè & minus sufficienter demonstratum à nobis, extare apud nos veritatem sacrosancti illius sacrificij, demonstrauerint: Quòd non puto tam facile facturi sunt.

Ex vmbra eiusdem & figura in lege veteri

Deinde ita certius ipsam rei veritatẽ intelliges, si hoc apud te constitutum fuerit, quòd est certissimum & verissimum: vniuersam formam ecclesiæ nostræ, illum eius architectum, prius q̃ ipsam conderet, velut præludio quodam adumbrasse & deliniasse in veteri illo populo, eius lege, sacerdotio & tabernaculo. Lex, inquit apostolus, vmbram habet futurorum bonorũ. Et rursus. Omnia in figura contingebant illis. ita vt ab vmbra ad suum corpus, à figura ad correspondentẽ sibi rei veritatem, efficax argumẽtãdi locus sit, secũdum eiusdẽ Pauli dialecticã: qui hoc pacto, quòd diuini iuris sit, atq; ita constitutum à domino, vt viuant de Euãgelio, qui annunciãt euãgelium, satis demonstratum existimat. quia, qui in veteri illo tabernaculo operabantur, viuebant ex tabernaculo: et qui deseruiebant altari, participabant ex altari: perinde ac si diceret, fuit in vmbra & figura, ergo est in corpore & veritate.

Ab vmbra & figura ad correspondentem sibi veritatem corporis vt efficax argumentandi locus sit.

Videmus autem in illa vmbra & figura, distinctio-

nem eorum, qui diuino specialiter mancipati fuerant mi- *Distinctio graduum ordinis sacri, in lege veteri.* nisterio à Laica multitudine. Nam de Aaron & filijs eius notũ est, vt separati fuerint à vulgo filiorum Israel, & sanctificati oleo vnctionis sancto, consecratiq; domino. De Leuitis idem testatur scriptura, Ita enim locutus est dominus ad Moysen. *Leuitæ.* Tribum Leui: noli numerare, neq; pones summam eorum cum filijs Israel, sed constitues eos, super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius, & quicquid ad cęremonias pertinet: ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius. Quisquis externus accesserit, morietur. Vides quanto hii ab externis, hoc est, Laicis, segregantũ discrimine. Et rursus, descripto ritu consecrationis & sanctificationis eorũdem, Statues, inquit, Leuitas, in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi.

Ad hæc, videmus bipartitum illic sacerdotalem ordinem, nempe & Aaronem sacerdotem, & filios eius: sed *Sacerdotiũ bipartitum.* illum, nõ solum sacerdotẽ, sed & Pontificem, hoc est, sacerdotem maximũ inter fratres suos: super cuius caput, fusum est sanctę vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt: filios autem eius, inferioris gradus sacerdotes, & consecrationis ritu ab illo distinctos, & habitu. Nam horum manus tantum, non etiam capita, oleo sanctæ vnctionis in sacerdotio consecratæ sunt, & tunicæ erant lineæ, magni quidem honoris prærogatiuam indicantes, quũ regij diadematis, linum candens, esset insigne. sed illius vnius, ex auro, hyacintho, pupura, gẽmisq; pretiosissimis refulgens ornatus, omnium excellentissimorum artificum exercuit, & stupefecit manus & ingenia.

Videmus quoq; Leuiticum ordinẽ, tametsi vno con-

Leuitici ordinis in varia officiorũ munia distinctio.

secrationis ritu, sanctificaretur domino, ad excubias & ministerium eius tabernaculi: varijs tamen officiorũ et ministeriorum ordinibus distinctum, & in tres classes sub suis capitibus ac principibus distributum, & suum cuiq; locum in excubijs & ministerio assignatum, iuxta sacerdotum imperium. Vt nihil videre sit in illa Sunamite, præter choros castorum.

Quod Christus talem constituerit ecclesiam suã, qualem in veteri populo deliniauerat, & adumbrauerat.

Quid igitur erit in solida veritate, si tam diligẽter constitutus, tam decorus fuit ordo, in illa eius vmbra & figura veteri? An hanc, velut confusissimam quandam absq; vllo ordine Babylonem fecisse decuit, qui illam, instar nobilissimæ cuiusdã ciuitatis ordinatissime constituit? An forte hic abbreuiata fuit manus domini, & infirma omnipotens illa sapientia, quæ alioqui attingit à fine ad finem fortiter, ac suauiter disponit omnia, quo minus talem potuerit formare ecclesiam suam, qualem adumbrauerat, & deliniarat in illo veteri populo? An indignam existimauit, ille huius architect⁹ & opifex (quam suo sanguine sanctificare, sibiq; dedicare dignatus est) in qua ordinanda ac ornanda tantum laboraret, quantum in synagoga illa veteri? An deniq; vilius & indignius erat, quod summa cum veneratione ac reuerentia tractetur, illud quod à nostræ legis sacerdotibus offertur, sacrificium, illa pretiosissimi corporis & sanguinis D. N. Iesu Christi hostia, veteris legis illis hostijs & sacrificijs. taurorum, inquam, hircorum & vitulorum sanguine & cadaueribus? Ozias rex, à domino lepra percussus est, quod sacerdotalis ordinis munus vsurpans, præsumpsit offerre incẽsum super altare thymiamatis: & iam cuiusuis erit, etiã ex infima fęce plebis, etiam, mulierũ & pųerorũ, offerre illud incensum, quod ille in ara crucis, p totius mũdi salute adoleuit? Nõ licebat cuiq̃ in illa vmbra, vasa sanctuarij nuda tãgere, nisi solis sacerdotibus, à qui-

bus præcipiebantur inuoluta tradi filij Caath, quo ita diuinis rebus maior apud omnes haberetur reuerentia. Et nunc vasa quibus in sacrosanctis nostris tremẽdisq; mysteriis vtimur, quibus excipitur & reconditur sacratissima Eucharistia, communia profanaq; erunt: & absq; vlla reuerentia quorumlibet contrectanda manibus? Baltazar ille rex temulentus, bibens ex sacris vasis templi, ilico sensit Dei manum vindicem, vita simul mulctatus & regno: & nunc calices ac patinæ, quibus corpus et sanguis Dei redemptorisq; nostri excipiuntur, à profanis ac sceleratis hominibus indignissime tractari, in illius contumeliam, apud aduersarios nullum crimen est.

Quin & hoc pacto, si rem expenderis, certior constabit eius apud te veritas, Expressum clarissime cernimus in vmbra tabernaculi veteris, quàm diligenti ordine formãda erat nostra ecclesia. Videmus tabernaculi et altaris ministerio ascriptos omnes, cõsecratos domino: & segregatos à reliqua multitudine. videmus solis sacerdotibus cõmissa eiusdem tabernaculi sacrificia: & sub mortis pœna ĩterdictũ ne quis vltra suã sortem, suumq; gradũ quid præsumeret, quod esset alterius: nec cuiq̃ impune vnq̃ cessisse præsumptionẽ eiusmodi, sed præsenti vltione, tanq̃ se irreuerentius habitũ cõtemptumq;, vindicasse dominũ. Intelligimus sacrificij nostræ legis rationẽ hoc requirere, vt illud ipsum, longe maiori apud nos in veneratiõe habeatur ac reuerentia, q̃ vmbratica illa, in figura veteri. Ad hęc, cõmuni oĩum sensu est notoriũ, in cõtemptũ abire, & mox vilescere, quę sunt cõmunia & exposita oĩbus. Ipsam proinde rectissimã rationẽ necessario requirere, singulariter ascriptos diuino cultui, & pagendis tractandisq; illis sacrosanctis tremendisq; mysterijs nostris, singulari quadam dignitatis prærogatiua, reliquo populo esse venerabiles: & ab eodem se-

Ex ipsa rei euidentia, & correspondentia quã cernimus veritatis solidę subscribente suę vmbrę ac deliniationi, in lege ve.

iunctos, stare in eminentiori quodam gradu & ordine, Videmus postremo, id quod requirebat necessaria ratio, id quod tam diligenter expressum erat in vmbra illa veteri, nunquàm defuisse nostræ ecclesiæ: sed ab ipsis apostolorum temporibus in eadem fuisse ab initio, & in hunc vsq; diem, toto orbe terrarum, quacunq; patet nomen Christianum, adhuc conseruari: nempe, Leuitici & sacerdotalis ordinis discriminationem à reliqua multitudine Laica. Quid est ergo, quòd hîc quisquàm aut dubitare aut requirere poterit? Absq; ordine illo sacro, esse aut subsistere omnino non poterat Christi ecclesia. Quam talem, longe antequàm faceret, deliniauit & expressit omnipotens illa sapiẽtia. Ordinatam præterea videmus eandem, varijs sacrorum ministeriorum gradibus, correspondenter ad vmbram illam veterem: & de authore eius ordinis quisquàm dubitat?

In lege ve. tres gradus distincti sacri ordinis.
Leuiticus.
Sacerdotalis.
Pontificalis.

In vmbra & figura, tres gradus distinctos sacri illius ordinis, Leuiticum nempe, Sacerdotalem, & Pontificiũ, fuisse indubitatum est. Leuiticum sub sacerdotali, & sacerdotalem sub Pontificio. Tribum Leui, fac stare, inquit, in cõspectu Aaronis sacerdotis, vt ministrent ei. Et rursus: Princeps autem principum Leuitarum, Eleazar filius Aaron sacerdotis. Hic erat gradus ministrantium, quamuis non simplex, sed distributus in varia officia & ministeria: subiectus, nõ tantum Aaroni, hoc est, Pontifici, sacerdoti summo, sed etiam inferioris gradus sacerdotibus. Qui cum multi essent, et ipsis vnus prǽerat Pontifex, hoc est, interpretante scriptura, sacerdos maximus inter fratres suos. Esse hos gradus, & distinctos, sacri illius ordinis, ex eo manifestum est, & quòd sine consecratione & sanctificatione ad hos gradus nemo ascriptus est: et quòd suo cuique gradui proprius suus, distinctusq; consecrationis ritus

extitit.

extitit. Ritus consecrationis gradus Leuitici describitur, Numerorū cap. viii. Sacerdotes, illis etiam amplius, consecrati sunt domino. Induti enim vestitu illo suo sacro, initiabantur manus eorum, & consecrabantur sacro chrismate, iuxta ritum qui in Exodo & Leuitico descriptus legitur. At Aaron, maximus sacerdotum & Pontifex, præ ijs, eodem chrismate sacro inungebatur & caput. Quin & habitus ille sacerdotalis, vt immēsam eorundem, non solum à laica multitudine aut populo, sed etiam à Leuitis discriminationem, dignitatemq; indicat, ita & Pontificius ille ornatus, eius gradus supra sacerdotalem, magnam excellentiam dignitatis demonstrat.

Correspondētia christianæ ecclesiæ ad veterem, in dictis gradibus.

Eosdem hos gradus, aut qui illis, vt suæ vmbræ, veritatis soliditas, è regione respondent, videmus fuisse semper ab ipsis apostolorum temporibus toto orbe terrarū vsitatos, celebratosq; in Christiana ecclesia. Videmus diaconatus gradum: hoc est, ministrantium, sub sacerdotali, ab ipsis celebratum apostolis, (ad quem, quales velit admitti Paulus, Timotheo suo diligenter perscribit, et in eo vniuersæ Christi ecclesiæ) Leuitico è regione respondentem: (cuius & nomine, ob officij ministerijq; correspondentiam, designatur subinde) nec hunc simplicem, sed suis adhuc partitum officiorum ministeriorūq; varijs gradib⁹ et officijs: Videmus sacerdotalē: Videmus hijs supereminentē superintendentēq; Pontificiū. Quē, ab hoc, Episcoporum vocabulo nominari, antiquus ecclesiæ vsus obtinuit. Quāuis ante, etiam sacerdotes omnes, quod diaconorum aut ministrantium ordini præessent, ac superintenderent, vocatos inueniamus Episcopos. Sed vocabulorum confusio, rerum discretioni nihil præiudicat. Videmus ad hæc (vt sensibilibus ministris, sacerdotibus & Pontificibus, aut Episcopis, opus habemus, quos possumus internoscere in ijs quæ singulo

Diaconatus, hoc est, ministrantiū aut leuiticus, ab ipsis celebratus Apostolis.

Sacerdotalis.

Pōtificius, qui nunc Episcoporum.

rum sunt officij) visibili quoque ordinationis & consecrationis ritu, hos sacri ordinis gradus, sed quenque suo & proprio, & qui cuiusque propriam, quæ in eo à Deo tradebatur, potestatem exprimeret, ab initio collatos fuisse in ecclesia. Ita diaconatus ordinem, manuum apostolicarum impositione, cum oratione solenni & congruente, demandato ministerio, traditum legimus ab ipsis apostolis. Sacerdotibus vero manus initiatas fuisse in sacerdotio, & consecratas sacræ vnctionis oleo, cum cæteris symbolis & verbis, quibus exprimebatur ijsdem tradi, in primis, potestatem & consecrandi & offerendi sacrosancti illius nostri incruentiq; sacrificij in ecclesia: item dimittendi peccata hominibus, atq; eadem retinendi: adhęc, ad eorum officium pertinere, orare pro populo, atq; eidem benedicere: sacramenta ministrare, et prędicare verbum Dei, quando ad hoc vocarentur ministerium: breuiter, velut mediatores quosdam esse inter Deum & populũ, in ijs quę ad Deum pertinent, vt apostolicis hoc verbis dicam, vniuersa testatur antiquitas. Quemadmodum etiam põtificalis ordinis dignitatem, eodem, qui adhuc hodie toto orbe obseruatur à Christi fidelibus, consecrationis ritu, ab ipsis mox apostolorum temporibus, et velut ex eorundem traditione, tradi consueuisse. Et quisq̃ de authore dubitat?

Fuisse hos gradus ab initio collatos certo consecrationis ritu, exprimẽte cuiusque energiam, & officium.

Et q̃uis ordinationis sacerdotalis, in apostolicis literis nõ p cõsecrationẽ vnctionẽq; sacri chrismatis, sed tantũ per impositionem manuum apostolicarum, aut episcopalium, videamus mentionem fieri, Quemadmodum Titum Paulus admonet, resuscitare gratiam, quam per manuum suarum impositionem susceperat, nulla mẽtione sacra de cõsecratione aut chrismate. Et Timotheum, non temere quẽq̃ ordinandum docens ad sacerdotium, sed maturo exactoq; iudicio: Manus, inquit, cito nemi-

Cauilli remotio, de ordinatione sacerdotali, sola manuum impositiõe apostolorũ tẽporibus.

ni imposueris. Hoc nihilominus certum est, in rudi illo Christianitatis initio, nondum videlicet ordinata constitutaq; hierarchia & disciplina ecclesiastica, plurima perfunctorie, ex quadam spiritus sancti dispensatione, pro necessitate illius tẽporis peracta fuisse ab apostolis. Quę paulopost, eodem doctore authoreq; spiritu, qui suis quæq; dispensat vniuersa temporibus, eorundem apostolorum traditione ordinationeq;, præscriptam certamq; formam receperunt. quam videmus ab ipsis Apostolorum temporibus cõtinua ecclesiasticæ traditionis successione, eodem tenore, toto orbe terrarum conseruatam vsque ad nos.

Certe, sacri chrismatis inunctione, & eodẽ planè quo nunc ritu, etiam ab ipsis apostolorum temporibus ordinari consueuisse sacerdotes et Episcopos, testes sunt, in primis ille Dionysius non vno loco hierarchiæ suæ ecclesiasticæ, præsertim autem. cap. IIII. & V. par. I. eiusdẽ. Ille quoque beatiss. Clemens, æq; apostolorum atque adeo beatiss. Petri discipulus, & in apostolica cathedra & in martyrio successor. Qui, quæ de hierarchiæ ecclesiasticæ ordinatione à spiritu sancto constituta à tãto pręceptore edoctus fuerat, ex illa cathedra, ꝓ sui officij debito, alios docens & instituens, inter cætera in hęc verba scribit cunctis Episcopis, & vniuersis ordinibus ecclesiasticis: de efficatia sancti chrismatis præmittens. Omnis, inquit, Pontifex, sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, sacris scripturis eruditus, charus & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenẽtem, honorare omnes debent, eiq; ad salutem suam obedientes existere, scientes, quòd siue honor, siue iniuria quæ ei defertur, in Christum redundat, et à Christo in Deum, &c. Hæc ille Clemẽs. Sed & huius quoq; successor Anacletus, æq; b. Petri discipulus,

Ab ipsis Apostolorum temporibus, sacri chrismatis inũctione; & eodẽ quo nunc ritu ordinari cõsueuisse Sacerdotes & Episcopos.

Testes apostolorũ discipuli. Dionysius. Clemens.

Anacletus.

in epistola ad vniuersos Episcopos per Italiam, habet in hæc verba.

Hunc notent ritũ ordinatiõis Episcoporum, ab ipsis Apostolorum temporibus.

Ordinationes Episcoporum, authoritate apostolica, ab omnibus qui in eadem prouintia fuerint, Episcopis, aut saltem, nõ paucioribus, q̃ duobus, aut tribus, reliquis assensum præbentibus, celebrandæ sunt. Qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniumq; cum orationibus celebrent, & cum sanctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt, imponentes, dominica die, hora tertia, orãtes, sacraq; vnctione, exemplo prophetarum et regũ, capita eorum, more apostolorum, & Moysi, vngentes, (quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sacro chrismate permista est) hoc ritu solennem ordinationem celebrent. Audis ritum ordinationis Episcoporum, ab ipsis apostolorum temporibus: immo ab ipsis vsitatum apostolis, nisi hic mentiatur apostolorum discipulus, & veritatis martyr, quam suo sanguine asseruit. Cõsona sunt hijs, quæ scribit Tertullianus, libro de carnis resurrectione. Et quę ille gloriosus martyr & doctiss. Pon. Cyprianus, lib. de vnctione chrismatis.

Tertullianus.

Cyprianus, de vnctione chrismatis.

Non hæc, inquit, medendis corporibus est vnctio instituta. Quia sanctificatis elementis, iam non propria natura præbet effectum, sed virtus diuina potentius operatur, sed adest veritas signo, et virtus sacramẽto, vt et ipsis rerum efficientijs, gratiæ dignitas pateat, & interiori homini, quanta ex hijs detur authoritas, deiformi cõuersatione, & sanctis moribus innotescat. Hoc oleo, etiã antiquitus, sacrabantur sacerdotes & reges, & ipsi altarium lapides delibuti, spiritalẽ intelligi volebant mysterijs inesse pinguedinem: Et sicut oleũ fluidis & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis, et regiæ dignitatis, secũdum formam dei et Christi sub se omnia cõtinens, & regimen & munimen, tam actiuæ q̃ contẽpla-

tiuæ vitæ continet. & in hoc humore constat descendere omnes gratiarũ diuisiones, quas spiritus sanctus, prout vult, singulis largitur & distribuit. Hęc ille Cyprianus, Breuiter. huic obseruationi testimonium perhibet, venerabilis ille chorus, sanctorum patrum omnium. Ipsa rei euidentia, & totius orbis consensus & concors obseruatio subscribit. Vmbra & figura veteris illius tabernaculi, atq; eius sacerdotij, suo corpori, solidæq; veritati astipulatur & consonat. Quid igitur hic dubij aut scrupuli cuiq̃ Christiano esse poterit, hoc sane nõ intelligo. Falsissimum proinde est, sacerdotium esse nudum docendi verbi Dei, & sacramẽta ministrandi, à populo aut magistratu mandatum alicui ministerium.

Epilogus rationis prędictę.

Sed omnis sacerdos ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in hijs quæ sunt ad Deum. Quod tametsi de Pontifice dicat Apostolus, de sacerdotio tamen in vniuersum, ipsum intelligere, idem haud obscure significat: ad Christi hoc sacerdotium applicans, de quo dictum profert in psalmis. Tu es sacerdos in ęternũ, secundum ordinem Melchisedech. Omnis itaq; sacerdos cõstituitur pro hominibus, in hijs quæ sunt ad Deũ, vt sit mediator quidam inter Deum & populum: cuius principale & præcipuum munus est, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis populi, vt idem subiungit Apostolus. Porrò, cum nostri sacrificij tãta sit excellẽtia prę veteribus illis: ad hoc præcipue sancti orthodoxiq; patres nostri respicientes, sacerdotij nostri dignitatem, præ illo veteri, tantopere efferunt: De qua Gregorius ille Nazianzenus quodã pręclaro carmine. O sacrificia, inquit, mittentes incruenta, sacerdotes. O animarum custodes gloriosi: O magni figmentum Dei, vestris in manibus ferentes: quam & Chrysostomus, eodem respectu, angelicæ dignitati comparare non dubitat.

Explicãtur sacerdotalis ordinis officia.

Sacerdos, mediator quidã, inter deum & populum.

Eius principale munus, offerre sacrificium.

Sed non est vnicum sacerdotis officium, qui constitutus est pro hominibus in hijs quę sunt ad Deum. Quod enim hominum ad Deū est, neq̄q̄ simplex est, nec vnius generis, sed multa & varia: quod ipsum, pluratiua illa locutione etiam Apostolus indicat, In hijs, inquiens, quæ sunt ad Deum: non in eo quòd ad Deum est. Itaq; sacerdotalis officij etiam esse, solennem pro populo orationē fundere, atq; eādem ex ordinis & officij gratia, efficatiorem esse, q̄ si funderetur à quouis, etiam sanctiore alio, diuinæ scripturæ testatur authoritas. Si peccauerit omnis turba filiorum Israel, oblata pro eorū peccato constituta hostia, & rogante, inquit, pro eis sacerdote, ꝓpitius erit eis dn̄s. Similiter, si peccauerit seu prīceps, seu vnus quilibet è populo, oblata pro eius peccato hostia, rogabit, inquit, pro eo sacerdos, & pro peccatis eius, & dimittetur ei. Hoc dicit illa ęterna veritas, cuius verba coelo terraq; firmiora sunt: cuius nō imputare peccata, est, eadem remissa esse: Beatus equidem vir, cui non imputabit dominus peccatum. Sed nunquid etiam sanctus est omnis sacerdos, vt ob vitæ sanctimoniam præ cæteris mereatur eius exaudiri oratio? nam & ipsum infirmitate & peccatis circūdatum, si forte dubitas, testatur apostolus. Et propterea, inquit, debet quemadmodum pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Quid igitur? Orabit, inquit, pro eo sacerdos, & ꝓ peccatis eius, et dimittetur ei. Ideo dimittetur, quia orat sacerdos: nō quia vir sanctus, & nulli peccato obnoxius. Itaq; cum post diuinam vltionem in Chore, Dathan, Abiron & complices synagogæ proceres, præsumentes vniuersam multitudinem sanctificatam esse ad sacerdotium, tot virorum optimatum necem imputasset populus Moysi & Aaroni, quasi pro sua ipsorum dignitate zelantibus, & ob id, aduersus eos tumultuarentur & seditionem fa

Eiusdem esse, solennem orationem pro populo fundere.

De sacerdotalis orationis efficatia non ex vitę merito, sed officio.

rerent, dicentes, Vos interfecistis populũ domini: egressaq; eapropter à domino plaga grassaretur in populum, & iacerent tam Moyses quàm Aaron proni in terra orantes coràm domino, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum vt roges pro eis. Iam enim egressa est ira à dño, & plaga desæuit. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incẽdium, obtulit thymiama: & stans inter viuos & mortuos, pro populo deprecatus est: & cessauit plaga. Vides, quãuis vitæ merito, & specialis gratiæ prærogatiua, apud deum magis valeret Moyses, quàm Aaron, atq; etiam hoc ipsum videret in spiritu, quod Aaronẽm latebat, vltricem flammam iam à domino egressam in populum: tamen vt sacerdotalis authoritatis dignitatem & efficatiam commendaret ac demonstraret posteris, Aaronem iussit currere ad populum, & orare pro eis. quod cum ille fecisset, & misso incensò pro illis deprecatus esset, plaga substitit.

Est præterea & hoc, sacerdotalis officij, benedicere populo, & inuocare nomen domini super eum. quòd in sacerdotio Melchisedech (quod fuit singularis quædam expreßiorq; nostri sacerdotij figura, hoc attestante apostolo) probat scripturæ authoritas. De quo, cum Abraham victor & opimis spolijs onustus reuerteretur à cœde regum illorum orientaliũ, ita legitur. At vero Melchisedech rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altißimi) bñdixit Abrahæ, & dixit. Benedictus Abrahã Deo excelso, & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt, & dedit ei Abraham decimas ex omnibus.

Eiusdem esse, Benedicere populo, & inuocare nomen domini super eum.

Videtis sacerdotalis muneris esse, benedicere populo. Melchisedech bñdixit Abrahę. Quare? Quia erat, igt,

ſacerdos Dei altiſsimi. Proinde & ad Moyſen, ita locu-tus eſt dominus. Loqueris filijs Aaron, & dices ad eos, ſic benedicetis filijs Iſrael, et dicetis eis. Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te: oſtendat dominus faciem ſuã tibi, & miſereatur tui. Cõuertat dominus vultũ ſuum ad te, & det pacem tibi. Inuocabuntq́ nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicã eis. Vides ſacerdotalis muneris eſſe, benedicere populo: & inuocare nomen domini ſuper eum. Vides inſuper Deum, neq; hac parte deeſſe ſacerdotum ſuorũ functioni, neq; inefficax aut vanum deſtituere ſacerdotium ſuum. Quin potius, ipſe ſe teſte & ſpõſore fideli, ad ſacerdotalem benedictionem, etiam diuinam benedictionem ſubſequi. Inuocabuntq́, inquit, nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

Sacerdotalis benedictionis efficatia.

Pertinere inſuper ad noſtri ſacerdotij authoritatem, remittere peccata hominibus, atq; eadem etiam retinere, ſupra à nobis copioſius demõſtratum eſt.

Eiuſdem eſſe, Remittere peccata hominib. atque eandem retinere.

Non eſt ergo ſacerdotium noſtrum, nudum miniſterium, pendens ex nutu aut magiſtratus aut populi, ſed diuinitus inſtitutum ſacramẽtum. Quod ſemel ſuſceptũ, æq́ vt baptiſma, nulla cauſa, nullo crimine amitti vnq̃ poſſe, nec eſſe reiterabile, habet doctrina catholicæ eccleſiæ. Vtrunq; enim (vt hoc ipſum beatiſsimi Auguſtini verbis dicamus) ſacramentũ eſt, & quadam conſecratione vtrunq; homini datur: hoc, cum baptizatur: & illud, cum ordinatur. Ideo, inquit, non licet in eccleſia catholica vtrunq; iterari. Nam ſi quando ex hæreticorum parte venientes, etiam præpoſiti, pro bono pacis, correcto ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt, & ſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non ſunt rurſus ordinãdi: ſed ſicut baptiſmus in eis, ita & ordinatio manſit integra: quia in præciſione fuerat vitium, non in ſacramentis,

Sacerdotium, eſſe diuinitus inſtitutum ſacramentũ, inauferibile, & irreiterabile, inſtar baptiſmatis.

mentis, quæ vbicunq; sunt, ipsa sunt. Et paulopost. Neutri sacramẽto facienda est iniuria. De ordinis vero sacramento subiungens. Sicut, inquit, non recte habet, qui ab vnitate recedit, sed tamen habet: sic etiam non recte dat, qui ab vnitate recedit, sed tamẽ dat. De vtroq; autẽ. Nõ ergo ideo, inquit, non sunt sacramenta Christi & ecclesiæ, quia eis illicite vtuntur, nõ solum hæretici, sed etiam impij: verum illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem agnoscenda & veneranda sunt. Hæc ille Augustinus.

Non est humana, sed planè diuina sacerdotalis authoritas, quam et Chrysostomus eodem respectu angelicę dignitati comparare nõ dubitat: nec ex humano nutu pẽdet, quis humano, & manuum Episcopalium cõferatur ministerio. Timotheus & Titus, Pauli ministerio sunt ordinati Episcopi: at à Deo est illis data sacerdotalis authoritas. Proinde, Timotheum iterum iterumq; admonuit, ne desit diuinæ gratiæ, quam suo ministerio acceperat. Noli, inquit, negligere, gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum sacerdotij. Et iterũ: Admoneo, inquit, te, vt resuscites gratiam quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Et hijs quos per ciuitates ordinarat ipse Episcopis: Attendite, inquit, vobis, & vniuerso gregi vestro, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam domini Iesu. Vides quos ille dicat spiritum sanctũ posuisse Episcopos, ad regendã ecclesiam Dei. Itaq; Põtificali ministerio ordinati & consecrati in sacerdotes & Episcopos, à Deo vocati ad honorem eiusmodi, ab eodem dicuntur apostolo. Nec quisq̃, inquit, sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanq̃ Aarõ. Quo verbo, neq; ordinatis à se, Tito, Timotheo, & cæteris, honorẽ, de quo loquitur, sacerdotalem & Pontificium, abrogat: sed quemadmodum illos q̃uis humano ministerio, tamẽ

Diuinã, nõ humanam esse sacerdotalem authoritatẽ, & à Deo dari, quã uis per Episcoporum ministerium.

Ex Paulo Apostolo.

F

à spiritu s. constitutos Episcopos affirmauit, ita eosdem hic significat vocatos à Deo.

Sic intellexisse orthodoxos omnes, teste sũt Ignatius.

Dignũ est igitur, (inquit ille gloriosus martyr Ignatius, et ipse apostolico plenus et imbutus spũ,) vos obedire Epõ vestro, et in nullo ei cõtradicere. Hic enim nõ ab hoĩe, sed à Deo habet promotionẽ. Vides illũ recte intellexisse ex prædictis verbis apostoli, Episcopum, q̃uis ordinatum & consecratum humano ministerio, tamen à Deo, non ab homine promotionem habere.

Origenes

Eodẽ sanè pacto idẽ intellexit eruditissimus ille Origenes. Quid, inquit, loquar de parẽtibus & filijs? Si Iesus Dei filius subijcitur Ioseph et Marię, ego nõ subiiciar, Epõ qui mihi à Deo ordinatus est pater? non subijciar presbytero, qui mihi Dei dignatione præpositus est?

Cyprianus.

Et ille sanctus Pontifex et martyr Cyprianus, etiam diuinitus sibi reuelatum testatur, quòd qui Christo non credit sacerdotem facienti, postea tãdem & serò incipiet credere sacerdotem vindicanti, pro fide sibi factæ reuelationis, ad Dei tribunal prouocans.

Chrysostomus

Et Chrysostomus nostri sacerdotii dignitatem efferẽs, Agitur quidẽ, inquit, in terris, sed officium eius cœlestibus negotijs cõtinetur. Non homo, non angelus, nõ archangelus, non virtus, nõ alia quæuis creatura, sed spiritus sanctus, hoc munus instituit: atq; adhuc manẽtes in carne ministerio præstitit fungi angelorum.

Concluditur ex præmissis, euidenter constare falsitatẽ sentẽtiæ aduersariorum.

Quid igitur? Nihil'ne est sacerdotium nostrum, q̃ nudum docendi verbi, & ministrandi sacramenta mandatũ alicui à populo, aut magistratu ministerium, & quod vt committi, ita abrogari possit à populo?

Quã nihil Deus permiserit

Immo, q̃ nihil ea in re plebem reliquamq; multitudinem, voluerit Deus authoritatis habere: in Chore, Dathan, Abiron, & complicibus eorum, tam euidẽti, q̃ horrẽdo, memorabiliq; in posteros exemplo, idem ille eius

author ostendit. Qui cum insurrexissent in Moysen & Aaron, aliiq; filiorum Israel, ducenti quinquaginta viri, proceres synagogæ, & qui tempore concilij, per nomina vocabantur, & præsumerent, quemadmodũ nunc nostri aduersarij, vniuersam multitudinẽ sanctificatam esse: nec solum Aaronem cum filiis suis, sed etiam ipsos ad munia sacerdotalia admitti debere: dicentes, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, Cur eleuamini super populum domini? res põdissetq; eis Moyses, dominum facturum iudicium in crastinum, et demonstraturum quos sanctificasset, vt sibi fungerẽtur sacerdotio: non defuit iuxta verbum illius, diuinum iudicium: sed Chore, cum ducẽtis quinquaginta illis synagogæ proceribus, qui ad sacerdotalis dignitatis munus ausi sunt se ingerere, egressa à domino vltrix flãma assumpsit. Dathan vero & Abiron, dictis Moysi inobedientes, rebelles, seditiosos & schismaticos, inaudito à sæculis supplicio dehiscens de sub pedibus eorum terra, cum omnibus quæ ad eos pertinebãt, viuos absorbuit, demisitq; ad inferos. Vides vt nihil permiserit populo ac multititudini in sacerdotio illius veteris manufacti & vmbratici tabernaculi. Et nostrum hoc Christi sacerdotium (cuius tantum significandi præcurrendiq; causa illud vetus erat, tãto vtique præ illo augustius, quanto potioribus nos litamus hostijs & sacrificijs) hoc inquam nostrum, velut ethnicũ aut idolorum sacerdotium, in manu erit & potestate profanæ multitudinis: vt cuiuscunque illi collibitum sit, implere manũ de nouissimis populi, ille sit Christi sacerdos: vt quondam suos sacerdotes excelsorum constituebat ille Hieroboã? Vt ergo illud vetus, vmbra: hoc, rei veritas? immo vt non potius viceuersa, illud plus solidæ dignitatis habebit, & nostro erit augustius? Cõfitemur quidem etiam sacerdotalis officij esse, docere populum,

populo authoritatis i Sacerdotio.

Notent aduersarii exemplũ & metuant.

A minori.

Sacerdotalis quoque officii esse, docere populum, & sacramẽta ministrare sed, nec proprium, nec simpliciter necessarium.

& sacramẽta ministrare. Sed tamen non ꝓpriũ, neq; ita, vt non possint hæc nisi à sacerdotibus fieri. Immo, & diaconos exercuisse hæc ipsa in primitiua illa ecclesia, sub Apostolis, Lucas author est. Ita Samaria, euangelizante Philippo, vno ex diaconis illis septẽ, recepit verbũ Dei, & baptizata est. Ita etiam eosdẽ in primitiua ecclesia cõsueuisse Eucharistiam frãgere, et distribuere in populũ, testatur antiquitas. Proinde, non sunt hæc propria ordinis sacerdotalis munia et officia: tametsi nunc etiam eius sunt: sed non simpliciter, nec vniuersis sacerdotibus incũbentia, sed hiis tantum quibus populi alicuius cura commissa est, et regendi authoritas.

Soluitur vnica aduersariorum ratio quã ex his Petri verbis ĩducũt: Vos estis regale sacerdotiũ.

Nihil ad aduersariorum sentẽtiam, illa Petri verba faciunt. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gẽs sancta. Ex quibus concludunt, Christianos omnes sacerdotes esse. Quod ꝗ male ex dictis verbis cõcludatur, potuissent clarissime intelligere, si respexissent retro, ad ea quæ in Exodo describuntur à domino dicta verba, quæ Petrus inde desumpta nobis accõmodauit. Ex illis enim, et veram horum intelligentiam, & suæ sententiæ falsitatem impietatemq;, facile potuissent intelligere & cognoscere. Moysi ita dictum legitur à domino. Hęc dices domui Iacob; et annunciabis filiis Israel. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerĩ vos super alas aquilarũ, et assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis, (mea est enim omnis terra) et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. Hactenus ille. Hic nota verba, et signa mysteria. Veteri illi populo dictum est à domino. Vos eritis mihi in peculiũ de cunctis populis. Quod ipsum alijs verbis nobis dicitur, à Petro. Vos estis genus electum. Illis additur: Et eritis

mihi in regnũ sacerdotale, & gens sancta. Nobis vero, Sacerdotium regale. Hoc itaq; (quod ad propositum facit) in primis animaduertendum est, vniuersæ multitudini, seu cõmunitati collectim, vtrunq; dici: Illud veteri illi synagogæ: hoc vero, nostrę christianę ecclesię: & nõ vnicuilibet nostrũ. Nemo enim nostrũ est gens sancta. Quare, sicut ex illis domini verbis dictis illi veteri populo, non poterat vnus quilibet è plebe se regem facere, aut sibi regnum præsumere, sed alius erat rex, alius illi subiectus populus: ita neq; ex hijs nobis dictis à Petro, potest vnusquilibet sibi vindicare sacerdotium: immo alius apud nos est sacerdos, alius laicus populus. Sum⁹ tamen nos, hoc est, vniuersa collectim Christi ecclesia, genus electum, & gens sancta, habens intra se regale sacerdotium, aut honestata regali sacerdotio.

Peroratio de pręsenti controuersia.

Et hæc mihi de ordine Ecclesiastico hic sufficere videntur. Ex quibus nihil dubitamus, viros omnes bonos facile intellecturos, nostrũm ne, quod ecclesia toto orbe, quacũq; patet nomen Christianum adhuc celebrat, an aduersariorum sacerdotium, sit notius ecclesiæ Christi, & in scripturis fundatius. Nec minus, apud aduersarios, nec veram Eucharistiam inueniri, quæ nisi à sacerdotibus, ordinatis secundum ritum ecclesiæ, non potest confici, & non à Laicis, absq; vlla ecclesiastica consecratione tantum vocatis à populo, ad nudum verbi sacramentorumq; ministerium: nec remissionem peccatorum apud eosdem esse, quod illa quoq;, ad sacerdotalem authoritatem, quæ apud eos non est, pertinet. vt hic taceam, eidem locum non esse, extra illam ecclesiam, quæ illi Cephæ inhæret: quæ Petrum pastorem rectoremq; agnoscit: à qua, illi iandudum diuisi sunt.

Hęc diligenter perpendat aduersarij, & considerent, qualis sit ipsorũ ecclesia.

CONTROVERSIA DVODECIMA.

De Traditionibus humanis.

QVi semel instituit erronea via ingredi, quanto procedit magis, tanto aberrat longius. Iecerunt aduersarij vniuersæ doctrinæ suæ fundamentum, illam suam speciosam fidem, quæ sola nos saluet, & iustificet. Inde progredientes, in quæ errorum portenta processerint, ex parte demonstratum satis confidimus. Nunc ad id quod est propositum.

Sententię aduersariorum, cum suis rationibus explicatio.

Ex eodem hoc principio abominātur, quicquid à sanctis patribus traditū institutumq; ē ad vitam puriorem pertinens, atq; eò respiciens, vt abrenūciato mundo, crucifixa carne, cœlestem vitam in mortali corpore meditarētur homines: vota monastica, cōstitutas viuendi leges & regulas, vel pręscriptas à superioribus, vel quibus sua sponte se astringunt, quibus ea cordi sunt: præterea, ciborum discrimina, & ieiunia, quæ præcipiuntur & obseruantur in ecclesia. Quæ vniuersa execrantur, vt doctrinas dæmoniorum, Christi euangelio, & fidei doctrinæ contrarias, quādo docentur ista valere ad placandū deū, ad promerendam eius gratiam, & ad satisfaciēdum pro peccatis: aut si, seu ex pręcepti, si ex voti spōte emissi obligatione fiant, tanq̄ ad salutem necessaria, & quę sine peccato iam omitti nō possunt. Qua de re, ne quid sibi à nobis affingi ipsi querantur aduersarij, ipsa eorundem verba ascripturus sum, tamen alicubi contracta in compendium, sine eorum dispendio: Ita habent. xv. confessionis articulo.

Admonētur, inquiūt, homines, quòd traditiones hu-

manę ad placandum Deũ, ad promerendam gratiam, & satisfaciendũ pro peccatis, aduersentur euangelio, & doctrinæ fidei. Quare vota, & traditiones de cibis, & diebus. etc. institutę ad promerendam gratiã, & satisfaciendum pro peccatis, inutiles sunt, & contra euangeliũ. Addunt in Apologia, aperte iudaizare nos, qui audeamus negare ista, & aperte obrui euangelium doctrinis dęmoniorũ, quãdo docetur, quòd sint cultus vtiles, ad promerendam remissionẽ peccatorũ. Huc citant illud Pauli ad Galathas. Euacuati estis à Christo, qui ĩ lege iustificamini. In quo, suo proposito aptãdo, longa digressione suo modo rhetoricantur: ad quam hic dissimulamus in illorum gratiam. Quanq̃, inquiunt, quid longa disputatione opus est? Nulla traditio à sanctis patribus hoc consilio instituta est, vt promereamur remissionẽ peccatorũ aut iustitiam: sed tantum propter bonũ ordinem in ecclesia. Et vt quis velit instituere certa opera ad promerendam remissionẽ peccatorũ, & iustitiã, quõ sciret illa opera Deo placere, cum non habeat testimoniũ verbi Dei? Nõne vbiq; in prophetis prohibet instituere peculiares cultus sine suo mãdato? Ezechiel. xx. scriptũ esse, In p̃ceptis patrũ nolite incedere, neq; iudicia eorũ custodiatis, neq; in idolis eorũ polluamini. Ego dñs Deus vester. In p̃ceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, et facite ea. etc. Et hic papatũ regnũ Antichristi faciũt: quòd in eo docẽtur tales cultus, nõ solũ vtiles ad iustificationẽ, sed & necessarij: id qđ paulo minus ab idolatria abesse volũt. Sctõs patres, & si habuerit & ipsi ritus ac traditiões, nõ tñ sensisse has vtiles & necessarias ad iustificationem.

Vt euangelio velint aduersari, quicquid fit promerẽdę gratiæ, aut satisfaciẽdi pro peccatis gratia.

Doctrinas demoniorũ quas faciant.

Quo argumento Papatus illis. Antechristi regnum fit.

Habere quidem traditiones has, speciem sapientiæ, & ex hoc humanę rationi imponi: sed aduersum illã muniri nos oportere verbo Dei Paulũ ad Colos. clare docere. Nemo vos iudicet in cibo, potu, aut stato festo, aut

nouilunio, aut sabbato, quæ sunt vmbræ futurorum, corpus autē Christi. Quibus verbis, simul & legem Moysi, & traditiones humanas cōplecti illum volunt. Vtcūq; tamen hoc accipiatur à nobis, Si euangelium, inquiunt, negat cæremonias Moysi, quæ erant diuinitus institutę, iustificare: quanto minus iustificāt traditiones humanæ?

Discrimina ciborum cur sustulerint.

Discrimina proinde ciborum, tribus de causis sustulisse se dicunt. Primum, quoniam persuasum hominibus fuit, vtilem esse ab eis abstinentiā ad promerendam gratiā. Secūdo, quia humanæ huiusmodi traditiones pręferebantur præceptis Dei: Tertio, quia attulerunt magna pericula conscientijs, eo quòd impossibile esset omnes traditiones seruare: & tamen homines arbitrabantur, has obseruationes, esse cultus necessarios. Quin & Paulum ad Timotheum aiunt vocare prohibitionem ciborum, doctrinam dęmoniorum. Quia pugnat cum Euangelio talia opera instituere, aut facere.

Hæc ferè summa est sententiæ aduersariorum, de humanis traditionibus, & discrimine ciborum, dierum, etc. & assertionis eiusdem. Qua, argumentorū rationumq; eorum omnium vim non infideliter complexos nos, ipsi non diffitebuntur.

Dictę sententię excussio.

Decreueram à principio, breuiter & simpliciter pertractare singula, quæ inter nos & aduersarios sunt, controuersiarum capita: quod suadebant, & temporis breuitas, & victus & apparatus librorum viatorius: sed rerū de quibus agitur, magnitudo & grauitas, à quibus, in vnam aut alteram partem intellectis nostra pendet aut salus aut damnatio, & quia nisi grauiter oppressa & irreuincibiliter constricta, non cedit impietatis contumacia, me coegerunt, in ipsa, quod dicitur, arena, in ipso rerum tractatu mutare consilium, & alicubi presius diligentiusq; insistere,

Si fidele

Si fidele & Christianum est illius Origenis consilium, vt verissime est, quo nos admonet, ne ab ĳs, quæ communi consensu probat & sequitur catholica Christi ecclesia, vlla canonicarum scripturarum, quæ nobis forte videretur, euidẽtia, nos abduci sinamus: sed diligenter meminerimus, quoties hęc inducũtur aduersus eiusmodi, ea nos tentatione pulsari, de qua cautos pręmonitosq́ꝫ nos fecit Christus: & monstrari nobis Christum, q̃uis cõtra Christũ, in desertis, in angulis, in domorum penetralibus: qui, se teste, frustra alibi quæritur, nec vsq̃ inuenitur, nisi in illo corpore catholicæ ecclesiæ, ad quod congregantur illæ aquilæ: proinde, illis credere nos non debere, nec exire à paterna ecclesiasticaq́ꝫ traditiõe ac doctrina. sed hoc certo nobis persuadere, cõtra veram suã, germanamq́ꝫ induci sententiã, q̃uis ipsi eandem non assequerèmur, quicquid ex scripturis aduersus communem & iam olim receptam ecclesię sententiã inducitur. Quid erit, vbi nõ solum, nulla scripturarũ probabilitate, vi, aut euidentia adactos, immo palàm etiam aduersus euidentissimas scripturas, quos viderimus vbiq; conuellere, impugnare, lacerare, cõmunem atq; olim receptam ecclesiæ doctrinam, & sententiam: atq; illi cõtra, suã impietatẽ, nuda solaq́ꝫ asseuerandi impudentia ex aduerso statuere? An quisq̃ erit mentis sanę, modo se Christianum meminerit, qui eiusmodi assertione, præsertim hominũ, pudet dicere, qualium, vel tantillum mouebitur? Quorsum aũt hoc procemium pertineat, is intelligit qui priora legerit, & sequẽtia perlecturus est.

Ex hoc argumento quemlibet facile intelligere, qualis vniuersa aduersariorũ doctrina Christiano habenda sit.

In primis (vt nõnihil proprie dicamus de ecclesiasticis cõstitutionibus) disciplina ecclesiis opus esse, euidẽs atq; indubitatum est: non minus q̃ pane & aqua hominibus. Quam vbi tollas, ibi videas omnia pessum ire licentia, et cõtemptu pietatis ac religionis omnia in carnem & im-

Ecclesiasticarum constitutionum necessitas.

pietatē recidere. Hāc, cōstare non posse, si tollas hierar-chiā ecclesiasticā, aut hierarchis suā authoritatem detra-has, tā est certū & euidēs, vt ipsi etiā fateātur aduersarij, cōuicti ipsa rei euidentia. Nec minus, suis legibus & cō-stitutionibus eā necessario cōtineri, quibus, vel īperātur certa quędā Chri fidelibus, quę ad finē ecclesiasticę so-cietatis pertinēt, et ad pietatē pmouēt: vel ordo, decor, & honestas cōseruātur in ecclesia: in qua, aut decori, aut mysterij grā, multa facere cōgruit. Neq; enim, velut in vulgari domo, aut popina aliqua, in domo Dei versan-dū est: sed vniuersa, religionē præ se ferant & loquātur oportet: nec in ea quicq̄ spectari cōuenit, qđ nō pietatē adiuuet. Ad primū genus ptinēt, ieiunia quadragesimæ, & aliorū nōnullorū dierū: & quibusdā per hebdoma-das diebus interdict⁹ esus carniū: item certorū dierū sab-batismus, & solēnis obseruatio, in diuino cultu, & ver-bi Dei studio atq; audientia: pœnitentiæ & eucharistiæ præscriptū in paschate: et si quæ sunt alia istiusmodi. Quāq̄ vniuersa ferè, quæ vniuersaliter oēs cōcernūt, in iā enumeratis cōtineantur. quę aduersarij queritātur tā esse multa, vt dinumerare vix queas: tam grauia, vt Dei pplo sint īportabilia. Nā q̄ ad ecclesiæ ministros pprie pertinēt, item, leges quę moderantur Chriana cōnubia, nō ad oēs pertinēt. Secūdi generis, sunt cęremonię, quas ab ipso ecclesię initio, toto orbe Christiano vsq; nūc ob-seruatas cōspicimus. in sacro habitu ac vestitu pōtificio, sacerdotali, & altari ministratiū: in ritu certo, qui in diui no officio, & ecclesiasticis sacramētis tractādis & tradē-dis obseruādus est in cereis & lāpadibus ardētibus, quæ vt honoris significationē habēt ex consensu mortaliū, ita viuæ illius efficacisq; fidei per charitatē ardentis nos ad-monēt. in aqua lustrali, quæ per verbū & sacerdotalem orationē sctificata, suā energiam habet aduersus virtutes

Ecclesiasticarū cōstitutionum scopi.

aduerſarias: ad hæc, & baptiſmũ nobis in memoriã reuocat. Ita & Sal, ſapientiæ: Cinis, mortalitatis: & pleraqꝫ per quadrageſimam in eccleſiis ſymbola, pœnitẽtiæ nos admonẽt. Iſtorũ, & ſimiliũ vſum vetuſtiſsimũ fuiſſe, ab ipſis vſqꝫ Apl'orum tẽporibus, ĩ vniuerſa Chr̃i eccleſia, ex ſcriptoribus eorũdẽ tẽporũ, Dionyſio, Clemente, & ſubſequutis oĩbus, indubitatũ eſt. Polycrates ille vetuſtiſsimus Epheſiorũ Epiſcopus, in ea contentione, num quartadecima mẽſis primi, cum Iudęis, quẽadmodũ ipſi à beatiſs. Ioãne accepiſſe ſe contendebãt: an vero, dñica ſequẽte proxima, paſcha celebrari oporteret, iuxta morem & edictũ Romanæ eccleſiæ. Hunc, inquit. xiiij. paſchæ diem Ioãnes ſeruauit, Põtifex Chriſti, aureã laminã in fronte ſua portãs. Quo verbo, vniuerſum illum ſacrum ornatũ pontificiũ quẽ deſcribit Dionyſius, & magno cõſenſu toto orbe adhuc obſeruat Chriſti eccleſia, breuiter innuit. Et q̃uis inter cæremonias illas ſpectentur quędã, quarũ nõ oẽs intelligunt myſteria, nihilominus nihil earũ fruſtra agi certo perſuaſi fideles, etiã latentia in illis nec intellecta religioſe venerãtur myſteria: vt ſtudio pleraqꝫ, ſpũs s. cõſilio, ab initio tecta ſunt populo ab aplicis viris, ſctiſqꝫ p̃ribus. Cuius cum multa ꝑferre irrefragabilia poſſemus teſtimonia, vnius Origenis, hic aſcripſiſſe ſuffecerit: ex quo vnà intelliges, quẽ authorẽ eorũdẽ, recognouerit etiã illo ſęculo, Chr̃i eccleſia, quas nũc vilipendũt, cõtemnũt, lacerãt, & velut hoĩum ſupſtitioſorũ inuẽta, & dęmoniorũ doctrinas traducũt hoĩes viliſsimi, et abolere conãtur ab eccleſia, maximo ſcãdalo eccleſiæ, & grauiſsimo vulnere vnitatis Chr̃i corporis. Is ille itaqꝫ hom. v. in Nũeros, habet in hęc verba. Qđ humeris Leuitarũ portant ſctã obiecta, ſignificat, qđ in eccleſiaſticis obſeruatiõibus ſunt nõnulla, q̃ oĩbus quidẽ facere neceſſe ſit, nec tamen ratio eorum patet omnibus.

Nam quod, verbi gratia, geniculamur orãtes, & quod id versus Orientem facimus, non facile cuiq̃ puto ratione compertum. Sed & Eucharistiæ seu percipiendę, seu quo ritu geritur, explicandę, vel eorum quę in baptismo geruntur verborum, gestorumq; & ordinũ, atq; interrogationũ & responsionũ rationem quis facile explicet? Et tamen hæc omnia, operta atq; velata licet, portamus super humeros nostros, cũ ita implemus ea, atq; exequimur, vt à magno Põtifice atq; eius filijs tradita & commẽdata suscepimus: nisi quis sit Aarõ, aut filius Aaron, cui hęc cõceditur nuda & reuelata perspicere. Ita tamẽ, inquit, talibus conceditur, vt sciant sibi velanda hæc & operienda, vbi cæteris dari ea, & in opus proferri ratio poposcerit. Hęc ille Origenes. Ex quibus verbis, hoc in primis intelligis, vt sancti patres ab initio, velut ex consilio s. spiritus, in his, studio pleraq; celauerint, ne inuulgarentur populo: quo mysterijs (vt d. Basilij hoc verbis dicam) sua maneret dignitas. Deinde & hoc ĩtelligis, easdẽ has cęremonias, q̃s adhuc toto orbe seruat ecclesia, et illã primitiuã & vere aplicã ecclesiã seruasse, velut necessarias, & ĩstitutas ab ipso Põtifice magno Christo, & eius filijs, Apostolis: quibus credere, quos sequi duces & antesignanos nostræ religionis & fidei, vnà cum vniuersa ab initio vsq; nũc catholica ecclesia, q̃ nũc abducentes nos ab eadẽ, Lutherũ, Philippũ, & nescio q̃s hoĩs, qui dubitare põt, an sit rectius, tuti⁹, ac securius, mihi sanè mentis sanæ nõ videt̃, sed potionat⁹ esse Circeo aliquo poculo.

Itaq; nõ hoc demõstrare hoc loco conabimur, sed tãtum meminisse & reuocare ad memoriã, ecclesiæ filios, in prędictis teneri viuere, ab antiquo, imo ab initio obseruatis in ecclesiastica domo ritibus, cõsuetudinibus, & legibus: obedire sibi cõstitutis à Deo p̃positis, & sacris magistratib⁹ in hierarchia ecclesiastica. Hoc enim, ex his

quę supra cõtrouersia tertia luculenter demõstrauimus, nec minus, ex his quæ xvi. cõtrouersia de ecclesiastica potestate dicẽtur, nulli esse dubiũ poterit: & ipsi (vt aliud sedentes, aliud stãtes, qđ dicitur) ipsa rei euidentia cõuicti, ꝗuis inuiti, quantũuis dicta oĩa, sub nomine humanarũ traditionũ, tam impudẽter lacerarũt, vt etiã in sua illa cõfessiõe, atq; eius apologia, dęmoniorũ doctrinas nõ erubuerint dicere: sępe fateri cogũtur aduersarij, & stilũ vertere. Id quod in Butzeri Pastore, est euidẽs cernere: nec minꝰ in Philippi Aristotelicorũ Ethicorũ epitome, vbi habet in hæc verba: quæ ideo nõ piguit ascribere, vt intelligeres lector, quãta sit veritatis huius vis & euidẽtia, quæ etiam ab inuitis, atq; eius ex professo hostibus, tam claram sui confessionem extorquere potuit.

Nõ oẽs, inquit, ecclesiasticas cõstitutiones, humanas esse, superiꝰ euicimꝰ. Nã oĩno obligabat decretũ Actorũ xv. quãuis de rebus externis cõstitutũ. Et siquis nõ obtẽperasset pro tẽpore cõsilio spũs et ecclesiæ, sed cũ scãdalo & cõtẽptu ꝑuaricasset, mortaliter peccasset, atq; excõicãdus fuisset, quia nõ audisset ecclesiã & Christũ. Non qđ facerẽt ad impetrãdã originalẽ iustitiã: sed ad ordinẽ, ecclesiasticãq; politiã: & regni Christi ꝓmotionem. Nã in violatione, dųę res periclitãtur: disciplina, & tranquillitas seu harmonia status publici. Porrò, vtriusq; rei magnitudinẽ & vim, ꝑcipue nos intelligere decet, qui in studijs doctrinæ et virtutũ versamur. Primũ enim, disciplinę causa, opus est certis ordinationibus. Nã rudes, & rudis ętas, assuefacienda est cęremonijs & ritibus, certis ferijs et lectionibus, itẽ exercitijs domesticis & publicis. eãq; ob causam, vocat Paulus legẽ, pędagogũ. Nam hæ cæremonię sunt quędã pędagogia, necessaria primę ętati. Etsi autẽ Euãgeliũ quandã sublimiorẽ doctrinam afferat, tñ nõ vult aboleri disciplinã et pędagogiã: sed iubet, vt hoĩes exerceãtur, regãtur, & doceãtur huiusmodi

pędagogia. Licētia aūt seu præuaricatio, officit: primū, quia hoīes ꝓfanos facit ꝓfaniores: vulgus enim, natura, odit legū vincula, & libenter imitatur huiusmodi exempla licentiæ. Quod parū esset, nisi cōsequēter degeneraret ex horū cōtemptu, ad cōtemptū religionis, & hierarchię ecclesiasticę, vt factū vidim⁹. Nō possunt.n. institui ad timorē Dei, vbi pędagogia, ordo, disciplina, & cathecismus nō est. Necesse est aūt sequi infinitā barbariem, & vastitatē, vbi iuuentus & vulgus nō possunt institui. Quātū vero scelus est, exemplū prębere hui⁹ vastitatis? Iā quātū mali est, in altera scādali parte, quòd videlicet, trāquillitas ecclesiæ, & rerū publicarū status turbatur? Deniq;, vt ordo & harmonia publicorū rituū cōciliat et cōsociat hoīes, ita cōfusio ordinis & discrepantia rituū, distrahit animos, et parit ingētes tumult⁹ et ęterna bella. Cogitemus igiť in violatiōe traditionū, plerūq; et facile exemplū manare ad alios. Cogitemus deinde, quantū in exēplo mali sit. Quare ne cōscientias oneremus, ne alijs quoq; noceamus, maiore cura, etiā ǭlescūq; ritus publicos obseruemus. Tyrānicū est, magis quid nos delectet, ꝙ quid alijs ꝓsit, spectare. Nō enim nascimur nobis ipsis, sed vita nostra ad alios etiā ꝑtinet, & p̄cipuę ad ecclesiā: hoc est, Christi gloriā, ad cōseruationē ministerij, & retinēdā pędagogiā populi. Has duas res, ǭ sunt maximę, ecclesia p̄cipue tueri cupit. In his, symbolā illi, hoc est, nostrā obedieētiā, diligētiā, & studiū p̄stemus, ꝓpter cōem salutē & trāquillitatē. Quòd.n. Paulus traditiōes & elemēta egena vocat, de pharisaicis institutionibus dicit, nō de ecclesiasticis decretis. Ecclesiastici aūt magistratus est officiū, exercendi & cōstituēdi iudicia dogmatū, p̄dicandi, arguēdi, excōicādi verbo, sine vi corporali. Ecclesiastica potestas in Petro & Apostolis cōstituta est, et cœpta. Ciuilis, in Noe, cū ei dixit deus. Qui fuderit sanguinē humanū, fundetť sanguis eius, ꝑ hoīem subaudi ad hoc

ordinatũ. Hactenꝰ ille. Ad q̃ sua ipsiꝰ verba, si se, suaq́ꝫ et Lutheri doctrinã diligẽter expendẽs, mente cõstare potuerit aut frõtẽ audeat attollere, parũ mihi mẽtis aut frõtis habere videbit̃. Si verũ est, qđ est verissimũ, in ecclesiasticarũ cõstitutionũ p̄uaricatiõe piclitari duas res momẽti maximi, in Chr̃i ecclesia: disciplinã nẽpe, & trãquillitatẽ harmoniãq́ꝫ status publici: si disciplinę causa opus est certis legibus & ordinatiõibus, cęremonijs quoq́ꝫ & ritibus, quibus, velut pędagogia quadã cõtineãtur exerceãturq́ꝫ simplices: immo, si ratio exigit, rei euidẽtia req̃rit, euãgeliũ iubet, vt eiusmodi pędagogia exerceãtur, regant̃, & doceant̃ hoĩes: si trãquillitas, vnitas, et harmonia ecclesię, pẽdet ex ordine, et cõsensu publicorũ rituũ, qui (qđ verissime hic dicit, et cõfitet̃ nobiscũ Philippus) vt cõciliat et cõsociat hoĩes, ita confusio ordinis, & discrepãtia rituũ distrahit aĩos, et ĩgẽtes tumultꝰ, ęternaq́ꝫ bella parit: Si inq̃ hęc ita habeãt, vt habẽt verissime, etiã vltro cõfitentibus aduersarijs: ijdẽ secũ expẽdãt & cogitẽt, quã bene sint de ecclesia meriti. Ante noui huius doctrinã euãgelij, religiõis, & fidei, publicorũq́ꝫ rituũ magnus cõsensus erat in ecclesia: & à Chr̃i fidelibus oĩbus, religiose obseruabant̃ cõstitutiões ecclesiasticę: agnoscebat̃ q́ꝫ ecclesiasticę hierarchie, et hierarchis, sua authoritas: p̄ quã vigebat adhuc qualiscũq́ꝫ disciplina ecclesię. & reuerẽtia metuq́ꝫ supremę authoritatis in ecclesiastica hierarchia p̄sidis, magistratus, tã sacri, q̃ p̄fani, cõtinebãtur in officio: in quos delinquẽtes, corrigendos atq́ꝫ etiã amouẽdos magistratu & officio, vbi id excessus grauitas, & exempli pernities requirebat, cõstante ac vigente religionis vnitate, eius valebat authoritas. At postq̃ nouæ huius fidei, noui euãgelij doctrina in orbem inuecta est, doceri cœpit, quicquid in diuinis scripturis non habetur, hoc planè additamentum esse sathanæ. Ex quo statim principio, primum omnes leges & constitutio-

nes pontificiæ atq; ecclesiasticæ sunt sublatę è medio, vbi ea doctrina recepta est, vt mera figmenta & mendacia: Sacerdotiũ (quale solum, eatenus nouerat ecclesia) episcopali ministerio, ritu à maioribus accepto, tradito, & toto orbe obseruato ab initio (vt superiori controuersia demonstrauimus) pronũciatum est idolum, & ignorantiũ hominũ figmentum esse: et missas, in quibus Deo offerretur illa sacrosancta oblatio corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, quemadmodum maximo consensu, quanta quanta est, ab initio, fecit vniuersa Christi ecclesia (quod controuersia v. demonstrauimus) docuerunt esse summam impietatẽ, & idololatriam. Publicus ritus, & forma celebrandę missę, itẽ & eius canon, quod sacrificij mentionem et diuorum inuocationem continebat, eatenus in vniuersa hac Occidẽtis et latina ecclesia, à tot sæculis vnanimi obseruati consensu, planè obliterati sunt: & pro eis recepta parum sana Lutheri somnia. Idololatrę pronunciati, qui maiorum & vniuersæ Christianę ecclesiæ ritu, diuos colerẽt cum Christo regnantes: eorum cũ veneratione haberẽt reliquias: eosdem honorarẽt statuis, imaginibus, et picturis, quo & eorũ gloriosa certamina, idiotarum subijcerẽtur oculis: imo, qui Christum ipsum adorarent, quamuis vere p̃sentem nobis in eucharistia. Exibilatum, proscriptum, & anathematizatum, quicquid eatenus sine scripto, velut ex apostolica traditione, oĩbus sæculis toto orbe seruauit ecclesia: nempe, ritus vniuersus benedictionum, & consecrationum ecclesiasticarum, in chrysmate, in oleo sacro, in sacro fonte, in aqua lustrali, in cereis, in locis, templis, altaribus, vestibus, vasis diuino cultui mãcipatis, breuiter, quicquid est sacrorũ rituum, quicquid cæremoniarum in tractandis tradendisq; sacramẽtis ecclesiasticis. Vniuersam diuini cultus qui in templis peragitur, et eatenus toto orbe summa cum religione, pietate & deuotione

Christ

Christi fidelium peracta est, illam exteriorem faciē, impietatem esse, Antichristi laruas ac faciem, præsertim, si existimetur ad pietatē cōducere, hominibus persuasum et inculcatum est. Abolitæ festiuitates publicæ, quibus, vel redemptionis nostræ mysteria, vel sanctorum patrũ nostrorum gloriosos de hoc mundo triumphos recurrē te per annũ celebritate recolimus. Abolita ieiunia, tum alia, tũ quadragesimę, quæ toto orbe, ab ipsis vsq; Apostolorum temporibus tota obseruauit ecclesia. Et cum alijs plerisq; diebus piscibus vesci q̃ carnibus malint, quibus diebus illis interdixit ecclesia, vescuntur ijsdem quasi in contemptum ecclesiæ. Cum multis sæculis in pace egisset Occidentis hæc & latina ecclesia, & eundem ritum seruaret sub panis tantum specie communicandi populum, ante annos ducentos impugnari hoc cœptum est per seditiosos quosdam, & nouitatum captatores ac studiosos in Boemia, Ioannem de Huss. & Hieronymum Pragen. et velut Christi euangelio contrarius damnari publicus ritus vsitatus eatenus, & doceri communionis vtriusq; speciei necessitas: quanta illius regni ante florentissimi clade, confusione, deformatione, deuastatione, quot millium hominũ cęde, res ipsa adhuc hodie loquitur. Sed cum malum hoc iandudum intra limites vnius illius regni, velut consopitum, quiesceret, nec vnq̃ extra se promouisset: per hos, in vniuersam Germaniam introduci cœpit. Cum tota ab initio ad nos vsq; Christi ecclesia, ab ipsis nimirum Apostolis hoc receperit, ne sacerdotes, & altaris ministri seu diaconi nuberent, tametsi ante mariti vnius tamen vxoris, quam virginē accepissent, (quem morem semper retinuit Græcorũ ecclesia) admitterentur ad sacerdotium, nec vlla sit, aut vnq̃ fuerit natio Christianæ professionis, vbi sit admissum velut legitimum, sacerdotum coniugium: immo, apostolicis cano-

nibus, synodorũ, tam in Orientali, q̃ Occidẽtali, Africana quoq; ecclesijs celebratarum, ecclesiasticisq; decretis, districtissime id fuerit interdictum semper & inhibitũ: quemadmodum .xv. controuersia faciemus euidentissimum. Hij sacerdotes, volunt nubere: nõ semel tantum, sed decies, si ita res tulerit: etiam cum quibuslibet: cum vidua: cum vili scorto: nec sacerdotes tãtum, sed etiam monachos & monachas, qui semetipsos voto Deo præstito sponte castrarũt propter regnum Dei. Quibus iuxta certissimam diuinæ scripturę, & orthodoxorum patrum omnium sententiam, non solum nubere, sed & velle nubere dãnabile est: quod ex .xiiii. &. xv. controuersijs euidentissimum erit. In his omnibus, ante doctrinam noui huius Euangelij, nulla controuersia extitit: sed fidei, obseruationis, & rituum vnitas. Hoc credebamus & tenebamus omnes, quod multis retro sæculis velut per manus traditum à patribus in filios & ad nos trãsmissum accepimus, et didicimus in catholica ecclesia: idẽ tenebãt, credebãt, & obseruabant nobiscum, qui his magistris et authoribus, in dictis omnibus nunc à nobis dissentiunt. Qui, quòd eatenus membra vnius societatis ecclesiasticæ familiæ et Christi corporis nobiscum fuerint, ire nõ possunt inficias: eadem fide, ijsdem ritibus publicis nobiscum conuersantes in domo ecclesiastica, sub rectoris, & pastoris eius nobis cõstituti à Christo obediẽtia. Quòd igitur per se suaq; authoritate secesserunt à reliquo corpore: quod eatenus vna & communia partiri, immo, destruere conati sunt: quòd omnia vsitata, recepta, vetera, antiquare: noua introducere: idq; sua, priuatorum nempe & obscurorũ hoĩum authoritate, et quibus nõ pręesse, sed subesse rectoribus ecclesiæ non illos regere, sed regi ab eisdẽ à Christo mãdatũ est: quis nõ intelligit factũ pessime, iniustissime, seditiosissime? Si vnius alicuius ma

Qui authores diuisionis quæ nunc est in ecclesia.

Nota simile.

gnæ & insignis ciuitatis pars nonnulla priuatorũ & obscurorum hominum, & quæ reliquæ comparata vix vllum numerum constitueret, immo indigna esset quę cõpararetur cum reliqua, initis inter se coniurationibus publica sibi appropriare conaretur, communia partiri, aliena inuadere & suo dispensare arbitrio, receptas leges antiquare, nouas introducere, nouare, confundere, sursum deorsumq; miscere omnia, nunquid dubitarẽt magistratus, hos, vt perniciem publicam coercere, opprimere, et in ijs exemplum edere seditiosis cæteris? & si illi vel negligerent, vel etiam proderẽt salutem publicam, an ignorarent ciues boni cæteri, in istiusmodi casu quid sui esset officij? Quid igitur, vbi in domo Dei viuentis istiusmodi facta esse & adhuc fieri cõspicimus? Si ad hæc conniueãt qui in ea magistratũ gerunt, immo si quidam eorũ priuatæ cuiusdã suæ rei, sui affectus, aut sui odii in quẽq̃ causa, quia alteri, cui id malũ præsentius iudicant, & plus incommodaturum existimant, gliscere magis hanc pernitiem publicam cupiant q̃ opprimi, & clam oleum camino inijcerẽt, nũquid suo officio satisfacerent? nunquid indigni forent qui magistratu amouerentur? immo, qui exterminarentur vnà cum eiusmodi peste & pernitie publica? Si in ecclesiasticarum constitutionum præuaricatione periclitantur duę res maximi momenti in ecclesia, nempe, disciplina, & tranquillitas harmoniaq; status publici, quod aperte agnoscit & ingenue confitetur Philippus, necesse est ex earundem contemptu, immo abolitione, planè tolli aboleriq; disciplinam, tranquillitatem, harmoniamq; status publici ab ecclesia. Quod cum illi sua illa doctrina palàm & ex professo facere conati sint, nec adhuc cessent facere: suo ipsorum constringuntur iudicio & sententia. Si disciplinæ causa, opus est certis legibus & ordinationibus, cęremonijs quoq; & ritibus, qui

Aptatio

bus velut pędagogia quadã contineantur exerceanturq́ simplices: Inmio, si ratio reqrit, ipsa rei euidẽtia exigit, euangelium iubet, vt eiusmodi pędagogia exerceantur, regantur, doceanturq́ Christi fideles, quem disciplinæ locum reliquerunt in ecclesia, qui docuerunt ecclesiasticas leges & ordinationes, absq; discrimine, esse mere figmenta & mendacia: esse traditiones hominum quibus nemo obligari corã Deo possit, quas Apostolus doctrinas dęmoniorum appellauerit? Qui cęremonias vniuersas et ritus sacros deriserunt, exploserunt, et exibilarũt ab ecclesia: et nouos introduxerũt, quisq; pro suo arbitrio? Si verum est Philippe quod dicis, vt est verissimum, ex contemptu dictorum, consequi in populo contemptum religionis et hierarchiæ ecclesiasticæ: quod ipsam attestari affirmas, quam omnes cernimus, rei euidentiam, si nõ possunt institui ad timorem Dei homines, vbi pędagogia, ordo, disciplina non est: sed his sublatis necesse sit sequi infinitam vastitatem et barbariẽ: si recte admones, vt quisq; consideret, q̃ immẽsum scelus sit, istiusmodi vastitatis exempla prębere & authorem se facere: quantũ deniq; mali sit in altera scandali parte, quo tranquillitas, et status publicus turbatur ecclesiæ, quem in ordine publico, et magistratibus sacris, sub vno præside superintendentę omnibus, vt hactenus tot sæculis durauit, consistere, per se est euidens ac notorium: si inq̃ ad hæc abs te verissime dicta, ipse te, tuam, tuorumq́, quã adhuc asseris doctrinam serio excusseris & expenderis, miror & stupeo, quod te ipsum, tuamq́ cõscientiam ferre possis, quod non recurris ad laqueum. Si est, quod dicis, & verissime dicis, ordine, et harmonia publicorum rituum cõciliari consociariq́ homines: si cõtra, confusione ordinis, et discrepantia rituum distrahi animos, et ingẽtes tumultus, æternaq́ bella generari: et proinde ne præbeamus

tãtis malis causam, vt summa cura obseruemus etiã qualescunq; ritus publicos, recte consulis. vtinam ipsi tibi, Luthero, tuisq; cõsuluisses rectius, & adhuc cõsuleres. vtinam prȩstitissetis quȩ consulis. nẽpe symbolam ecclȩsiæ obedientiam vestram, diligentiam, studium pro conseruando eius ordine, disciplina, tranquillitate saluteq; publica. & non contra potius vestra doctrina confusis ordinibus, introductaq; in ecclesiam nouitate rituũ ac discrepantia, pugnis, tumultibus, bellis (quod res ipsa demonstrat et loquit̃) causam inexhaustã prestitissetis. quȩ, nisi omnipotens Deus prouiderit sua benignitate & gratia, peiorem, immo funestißimum adhuc minitantur exitũ. Si Dei verbo, & diuinis scripturis dixeris coactos te tuosq;, docuisse & egisse quæ cõmemorauimus: quid, si forte scripturas non recte intellexeritis? Quid, si maiores nostri, viri orthodoxi, salutis suæ non minusquàm vos studiosi (quos duces & antesignanos nostræ fidei, & sententiæ sequimur) rectius scripturas, q̃ vos, intellexerint? Quid, si etiam ipsi nos, easdem quas vos scripturas legentes, & aliter q̃ vos, tamen recte, intelligimus? Meminisse debuistis, scripturas esse publicas ecclesiæ, non priuatas vestras. De quibus, si quæ forte orta inter ecclesiæ filios fuisset quæstio & contentio, siqua ambiguitas, non ad vestram ea, sed ecclesiæ, magistratuumq; ecclesiasticorum referenda fuisset definitionem & iudicium. Intolerandæ hoc est arrogantiæ, leges & scripturas publicas, ad priuatam vestram intelligẽtiam & interpretationẽ cogere, & vestro præiudicio præscribere alijs vt intelligi debeant: ad publicam, non vestram authoritatem hoc pertinere indubitatũ est. Et quod ille vnitatis, tranquillitatis, salutis publicæ christianæ societatis studium habere credendus est, qui in ea de capitalibus plerisq; dogmatibus dissentiens à reliquis, & ea quȩ multis sæculis

nos præcesſit vniuerſa eccleſia, nec tamen ſententiã ſuam vult ſyncere ſubmittere ſententię & iudicio ſacrorum in eadem magiſtratuum, quos ad formam expreſſam in ſynagoga veteri Chriſtus inſtituit, & quibus ſingulariter cõmiſit (quod nec ipſi diffitemini) diſcernere, iudicare, & conſtituere de dogmatibus? Et quæ obſecro ſcriptura vos cogit ferijs ſextis & ſeptimis non abſtinere ab eſu carnium cum reliqua non ſolum quæ nunc eſt, ſed q̃ multis retro fuit ſæculis toto orbe Chriſti eccleſia? quæ, non ieiunare quadrageſimam: & cætera conſtituta ieiunia? nunquid eſt vlla ſcriptura, quæ interdicit certis diebus ieiunare, & etiam obedientię, vnitatis eccleſiæ conſeruandæ, macerandæq; carnis ſtudio abſtinere à carnibus? nunquid vlla ſcriptura vetat te humiliter confiteri peccata tua, quæ tibi poſt non negligentem diſcuſsionem occurrunt, ſacerdoti, Chriſti legato & vicario, & cui ille poteſtatem ea condonandi tibi impartitus eſt, vt eius tibi ſalubriter pœnitenti remittantur abſolutione ac miniſterio? Dicis graue eſſe cõfeſsionis onus. Quid, ſi eius vtilitas grauitatem compenſat? Quid, ſi ſit, non ſolũ vtile, ſed etiam neceſſarium? Quanq̃ ei qui vere Deum timet, & peccatorũ ſuorũ ex corde, &, vt oportet, pœnitet, non eſt admodum grauis hæc ſarcina. Supra demõſtrauimus, non eccleſiaſtica tantum, ſed & Chriſti conſtitutione neceſſariam confeſsionem iſtiuſmodi Chriſti fidelibus. Eſto tamen, vt eccleſiaſtica tantum conſtitutione introducta ſit: itáne igitur licebit quibuſuis, eccleſiaſticas conſtitutiones contemnere, & abrogare pro ſuo arbitrio? ità ne nihil nobis faciendũ eſt, tametſi graue nobis videatur (quæ tamen ipſa grauitas hac in re ex nobis tantum, noſtraq; voluntate eſt) pro conſeruanda authoritate & efficatia hierarchię eccleſiaſticæ? pro vigore diſciplinę publicę? pro trãquillitate cõmuniq; ſalute eccle

siæ: pro pædagogia populi? Cui, quantam peccandi licentiam aperuerint ex sublata confeßsione istiusmodi: si non intelligunt, neq; sui facti, suæq; ea in re doctrinę pœnitent, non est magna ipsis cura populi. Sed ista, de ecclesiasticis constitutionibus, hic satis superq;. præsertim cũ sub aliena nomẽclatura, atq; titulo, nẽpe, humanarum traditionũ, & ex alio capite ac pricipio, hic eas ĩpugnẽt.

Principium primum in hac causa hoc illis est.

Remißsionem peccatorum, & iustificatiõis gratiam sola nobis illa sua fide contingere. Opera vero, quæ à Deo præcepta sunt, ideo facienda, quia ab illo præcepta sunt: non vt illis quicq̃ mereamur. quæ & sola opera bona agnoscunt. Præter quæ, si quæ aut ex nostra ipsorum electione, nostroq; arbitrio, aut ex superiorum, sanctorumue patrũ pręscripto aut cõsilio assumpserimus, tametsi ad aliquid esse vtilia poßsint, apud Deũ tñ nullius momenti haberi. Quæ, si insuper ea intentione fideq; fiãt, vt illis Deum placemus, eius gratiã promereamur, pro peccatis satisfaciamus: iam non inutilia tantum, sed pernitiosa atq; impia esse, & Christi euangelio contraria, ex doctrinis dæmoniorum profecta. Ita enim de eisdem modestißime loquuntur, etiam in hac sua, vt audisti, confeßsione publica: tametsi in priuatis ipsorum libellis, & ad populum concionibus, hæc ipsa flagellent verbis multo atrocioribus, atq; immodestioribus: vt quòd sint abnegatio misericordiæ Dei, & sanguinis D. N. Iesu Christi: quòd in Euangelium gloriæ Dei blasphema: quòd turpis nostri baptismi ignorantia: immo, idololatria. Esse enim hoc, deos alienos facere, & perpetuo sine Deo esse. Hijs atq; eiusmodi encomijs atq; epithetis, exornant ieiunia, cilicia, vigilias, cęterasq; carnis adflictiones, quibus diuinæ offensæ placandæ, eius gratiæ impetrandæ, punitionis de peccatis suis sumendæ

Aduersariorũ primum principium: in hac controuersia.

Quibus encomijs exornent, quęcũque diuinę irę placandę, & misericordiæ eius promerendę, aut pro peccatis nostris satisfaciẽdi gratia facimus,

causa, vltro se subdūt homines. Sed hic de eisdem aliquā-to loquuntur modestius, & euangelio Christi aduersa-ri, eius fidem obscurare, dæmoniorūq; doctrinas dixis-se contenti sunt.

Demonstratur principij illius euidēs pugnā tia, cum diui-nis scripturis, & doctrina catholicæ ec-clesiæ.

Ex istiusmodi principio, illa eis consequuntur, quæ supra audisti, de traditiōibus, quas dicunt, aut præceptis humanis, de ciborum discrimine, de votis, institutisq; monasticis. In quibus omnibus cum ita euidēter pugnēt (quòd mox intelliges) cum diuinis scripturis, cum Chri-sto, cum apostolis, cum omnibus notoria catholicæ ab initio ecclesiæ sanctorumq; omnium sententia, vt nihil posit euidentius, q̄ sit hos magistros ducesq; tutum se-qui, planè cæcus sit oportet, si cui obscurum est.

De fide illa sua demonstra tum superius.

Quale sit primum illud eorum principium, ex quo vniuersa hæc præclara dogmata deducūtur, nempe, Re-missionem peccatorum & iustificationis gratiam sola nobis sua illa fide contingere, quam ignorant scripturæ, Christus, apostoli, & vniuersa ad nos vsq; ecclesia, su-pra euidens fecimus.

Opera a Deo præcepta, non ideo faciēda, vt ipsum ha-beamus placa-tum & propi-tium, euidēter falsum.

Opera à Deo præcepta, non ideo facienda, vt ipsum habeamus placatum ac propitium, vt nostri misertus no bis peccata remittat, nobisq; sua dignet̄ gr̄a & amicitia, æque æuidenter falsum demonstrauimus: diuinis scriptu ris, Christo, sanctorumq; omnium exemplo, catholicæ per orbem fidei contrarium. immo, eo respectu à nobis facienda, Deum, diuinumq; spiritum vbiq; docuisse in scripturis. Eo respectu fecisse omnes sanctos, qui nobis velut duces quidam sunt propositi & à Deo dati, diuina testari eloquia. In quibus, cum vitam beatam, æternāq; gloriam, velut præmia quædam proponat mandatorū suorum obseruatoribus, qui conuenit, vt blasphemiæ in misericordiam Dei & Christi sanguinem, reus sit, qui propositæ mercedis respectu, ad implenda Dei manda-

ta pigritiam suã excitat? An quisq̃ brauii & coronę, vi-
ctori à se propositę, respectũ haberi à certãtibus nõ vult:
& non contra potius?

Quòd nullum opus bonum, aut Deo gratum sit, nisi quod ab eodem præceptum est, æque euidenter falsum est: diuinis scripturis, Christo atq; eius Euangelio contrarium: & damnatum, totius ab initio, non solum Christianæ, sed etiam veteris illius ecclesiæ sententia.

Euidẽter quoque falsum demonstratur, Nullũ opus esse bonũ, quod à Deo præceptum non sit.

Nunquid enim specialia præ cæteris hoibus, à Deo præcepta acceperant illi, quorum, etiam veteris illius populi, comme minit, & magnificam illam victricem, triũphantemq; fidem effert Apostolus? qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus ac speluncis, & in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus? Nunquid Rechabitæ, qui speciale vitæ institutum sectabãtur seuerius et expeditius, quo suæ peregrinationis admonebantur, præ cæteris sui populi, specialia quoque mandata Dei acceperãt? Nunquid Elias, nunquid Eliseus, cæteriq; prophetarum domini, ad vitam cœlibem, & illam seueram, ieiuniis, et vigiliis, laboribus, vestitu, cubitu, cæteroq; victu & habitu duram atq; asperam, astringebantur præ cæteris? Nunquid, vt Nazaræi qui essent, specialis præcepti, et nõ potius spontaneæ deditionis votiq; fuerat? Nulla sanè speciali lege, aut diuino mãdato, hij obligabantur præ cæteris, vt arctius hoc aut illud vitæ sectarẽtur institutũ, q̃ cæteri. Et q̃uis de quibusdam eorum mox conceptis, aut etiam priusq̃ conciperentur, diuinitus hoc pręnunciatum sit, quòd futuri essent sectatores instituti eiusmodi: prædictionis tamen, quàm obligationis, magis hoc fuisse intelligendum est: nisi forte, quatenus respiciebat parẽtes eorũ de quibus fiebat prædictio eiusmodi, vt ad hoc vitæ institutum educarent filios. Itaq; in Numer. leges,

Pręter vniuersam scripturã, falsitatis eius testes.
Rechabitę.
Elias.
Eliseus, vniuersi'que prophetę domini.
Nazęrei.

quidem Nazaræorum speciales præscriptas inuenimus, sed hoc additur, quòd illis nemo obligaretur, nisi qui spõtaneo se illis voto astrinxerant. Vir, inquit, & mulier cũ fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Deo cõsecrare, à vino & omni quod inebriare põt, abstinebũt, &c. vuas siccas recentesq; non comedent cunctis diebus quibus ex voto dño cõsecrãtur, et nõ vltra. Et in vniuersum de votis vt dicamus, nunquid ea præceptum habẽt, & voluntaria non sunt? immo de substãtia voti hoc est, vt spontanea sit obligatio, qua quis Deo astringit se.

Samuel.

Cũ Samuel congregasset vniuersum Israel in Masphat, vt deprecarentur dominum: Hauserunt, inquit scriptura, aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt die illa, atq; dixerunt: Tibi peccauimus domine. Nunquid autem vllo Dei præcepto, aut effundendæ coràm Deo aquæ illã cæremoniã, aut illius diei ieiunium, illis specialiter mandatum inuenimus?

Dauid.

Cum Dauidi, post peccatum illud quod in Vriã Hetheum commiserat, atq; eius iam impetratã veniam remissionemq; à Deo, cõstituta nihilominus maneret pœna in punitionem eiusdem, quæ & hoc habebat, vt moreretur natus sibi filius, septem quidẽ dierum ieiunio, ac fletu, in terraq; decubitu, in cinere & cilicio se afflixit: sperans fore, vt hoc faciens, vitam impetraret filio: sed nullũ ieiunii, fletus, & in terram decubitus eiusmodi speciale mandatum inuenio.

Ezechias.

Ezechias Rex Iuda, cũ obsessus ab Assyrijs intellexisset verba blasphema, quæ Regis Assyriorum nomine, Rapsaces, audiente vniuerso populo effuderat, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco ipse & ministri eius. At rituum eiusmodi, scindendarũ vestium ad audita verba blasphemiæ, & se sacco operiendi ad impetrandam diuinam misericordiam, nullum puto mãdatum singulare

ostendent à Domino.

Sic quoq; Esdras ille, cũ à Rege Persarum Artaxerse acceptis mandatis & muneribus, captiuitatis reliquias reduceret Hierusalem, cum ipsis proficiscendum esset lõgo infestoq; itinere, erubuissetq; à Rege auxiliares copias petere, eo, quòd eidem timorem Dei persuadens, affirmasset manus eius esse super oẽs, qui simplici bonoq; corde illum quęrerent, & ob hoc recurreret ad diuinum auxilium, idem ipse testis est, vt sibi, suisq; indixerit ieiunium: vt affligeremur, inquit, coràm domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filijs nostris, vniuersæq; substantiæ nostræ. *Esdras.*

Sarra, illa sancta Rachuelis filia, ad ancillæ suæ, de septem eius sponsis à dæmonio interfectis, improperium, afflixit se triduano ieiunio, et cum lachrymis deprecabatur dominũ vt ab hoc liberaretur improperio. Ita quoque, Cum Nabuchodonosor per Holofernem militiæ suæ principem, Hierosolymæ rursus minitaretur seruitutem & exterminium, clamauit, inquit, populus ad dominum instantia magna, & humiliauerũt animas suas in ieiunijs, ipsi & mulieres eorum: et induerunt se sacerdotes cilicijs, et caput aspergebant cinere. Et istorum ieiuniorum, ciliciorum, et cineris cõspersi super caput, quisq̃ diuinum vllum mãdatum proferet? Nũquid & Iudith, illa sancta & gloriosa in generationibus suis fœmina, vt à morte viri vestiretur ad nudam carnem cilicio, et præter sabbata reliquasq; festiuitates domini, ieiunaret diebus singulis, vllo Dei mandato astricta extitit? Ester, ꝑ auertenda sui populi internicie quæ illi ab Aman parata fuerat, se oblatura vitę discrimini, ante, ieiunijs, tã suis, q̃ populi sui, se cõmẽdauit Deo. Atq; Daniel, oraturus Deum super desolatione Hierusalem & populi sui, orationi adiunxit, quo efficacior foret, saccum et cinerẽ. Sic *Sarra illa Rachuelis filia.* *Hierosolymitę* *Iudith.* *Ester* *Daniel*

Machabæi. quoque Machabæi congregati in Masphat, imploratu-ri diuinum auxilium aduersus nationes imminentes exi-tio populi, ieiunantes, se induerunt ciliciis, et cinerem im-posuerunt capiti suo, aliaq; humiliati sub Deo cordis si-gna ediderunt. et quæ horum omnium mandata nobis *Ioannes Baptista.* diuina proferent? Ioanni illi Baptistæ vitam eremiticã viuenti, Nazaræorumq; institutum sectanti ab infantia, melota, vestitus: locusta, mel syluestre, et aqua, cibus po tusq; fuerant: et victu rigidissimo eiusmodi indefesse se adfligebat. sed eius faciendi præ cæteris, nullum ei datum præceptum inuenio. Prædicta equidem hæc fuisse de il lo priusq̃ conciperetur, inuenio: at præcepta fuisse, et nõ potius vltroneæ electionis, nunq̃ puto demonstrabunt *Anna Phanuelis filia.* aduersarii. Quemadmodum et Annam illam Phanue-lis filiam, nullius præcepti necessitate, sed proprii arbitrii electione, tot annis à tẽplo non discedentẽ, in eodẽ ieiu-nijs et obsecrationibus continenter seruijsse dño, nemini *Apostolicæ vitæ instituti sectatores.* esse potest dubiũ. Aeq; et eos, qui apostolicæ vitæ institu to Hierosolymis se adiunxerant à principio, proprietati suorum renunciantes, atq; eorundem diuenditorum pre cia, ad pedes apostolorum offerẽtes, cũ eisdem viuebãt communiter, nulla præcepti necessitate, sed spõtanea vo-*Monastici instituti et Anachoriticæ vitæ patres.* luntate illud ipsum fecisse, indubitatum est. Aeq; quos monastici instituti, atque Anachoriticæ vitæ patres, va sti cultores eremi, feruens illa primitiua produxit eccle sia, et adhuc gloriosa memoria celebrat, eius tam rigidæ vitæ instituti nullum præ nobis Dei mandatum specia-le acceperant.

Quid igitur? vniuersa hæc, nec bona opera fuisse, nec Deo grata audebunt dicere: contra Dei ipsius testimo-nium, cõtra diuinarum authoritatem scripturarum, con tra et veteris et nostræ ecclesiæ Deo fideliũ ab initio om-nium indubitatam sententiam? Quorsum ergo, cum ad

ea nullo præcepto adstringerêtur, ista sibi elegerunt homines? Nunquid ad hæc eos impulit, aut mundi, aut carnis spiritus? Certe, quo consilio hæc elegerint, & hijs se subdiderint sancti ab initio omnes, obscurum non est: nempe, quoniã credebãt & sperabant hijs placere Deo, hijs medijs diuinam misericordiam impetrare. Quòd autem vana non fuerit hęc ipsa eorum fides & persuasio, diuina scriptura comprobat: quæ eos ipsos testatur diuinã promeruisse clementiam & gratiam, in omnibus exemplis quę memorauimus: in Samuele, Dauide, Ezechia, Esdra, Sara, Iudithe, Ester, Machabęis, cęterisq; innumeris, quos persequi infinitum foret.

Et quid Niniuitæ? Audierant prædicantem clamantemq; Ionam. Adhuc dies quadraginta, & Niniue subuertetur. audiuit populus: sermo peruenit ad regem: crediderunt in dominum: & nihilominus sperantes de infinita eius misericordia, ad pœnitentiam conuersi, prædicauerunt ieiunium: & humiliati coràm Deo, in sacco, & cinere, & se mutuo excitantes ad implorandam eius misericordiã, Quis scit, ĩquiũt, si cõuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & nõ peribimus? Quis obsecro hos docuerat, hijs medijs, placare Dei iracũdiam? eius vindictam deprecari, & misericordiam gratiamq; quærere? Certe, nihil aliud, q̃ illam ab initio omnium Deo fideliũ cõmunem fidem, publicamq; persuasionẽ inuenies. Eandem nempe, quę & cęteros quos memorauimus omnes idem docuit: qui ad eundem finẽ assequendum, ad eadem quoq; media confugerunt. Et nũquid sua illos fefellit, fides & opinio? Et vidit, inquit, Deus opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & misertus est super malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis. Vides an deo grata acceptaq; illa erãt opera? vidit Deus opera eorum, & misertus est eis. Et vos affir-

Niniuitę.

Quis docuerit Niniuitas pro Dei misericordia impetranda, recurrere ad ieiuniũ ad saccum, & cinerem.

Omnium a mũdi initio Deo fidelium, communis fides.

mabitis, hæc Deo ingrata, nobisq; inutilia? affirmabitis pernitiosa, impia, Christi euangelio contraria, & à dæmoniorum doctrinis introducta, (vt atrociora illa nomina taceam, sub quibus ab euangelistis vestris hæc commendãtur vobis credulo populo) quę fiunt ad placãdum Deum, atq; eius impetrandam gratiã, promerendamq; misericordiam?

Expensio verborum articuli. xv. confess. quo suam hac de re sententiã explicant.

Admonetis homines, quòd traditiones humanæ, ad placandum Deum, ad promerendam gratiam, & satisfaciendum pro peccatis, aduersentur euangelio, & doctrinæ fidei. Si de vestro euangelio, fideiq; vestræ doctrina, hoc ipsum intelligitis, recte admonetis homines. At de Christi Euangelio, & fidei doctrina orthodoxa & catholica, si hæc intelligantur, nos contra admonemus omnes homines, hãc ipsam admonitionem vestram palàm aduersari Christo, eius Euãgelio, diuinis scripturis omnibus, & cõmuni ab ipso mũdi initio fidelium omnium fidei & sententiæ. Quandoquidem, traditiones hominum, hic intelligitis, sanctorũ doctrinam, certamq; viuendi normam aut præscriptum; adhuc, ecclesiæ præcepta de celebrandis à nobis, certis, quas instituit, anniuersarijs solennitatibus, in commemorationem mysteriorũ nostræ redemptionis et salutis: item, de Cõfessiõe, Pœnitentia, Eucharistia suscipiẽda in paschate: vtq; diebus festis adsimus missæ sacrificio: de interdicto carnis esu certis diebus per hebdomadas: Ieiunijs quoq; constitutis ac solennibus: & precum modo formaq; præscripta ministris ecclesiæ: Vniuersa deniq; quæ circa victum, vestitum, cubitumq; durum & asperum, cæterasq; carnis adflictiones, vltroneam abdicationem suorum, complectitur institutũ vitæ monasticæ. Quæ vniuersa, tam diuinæ scripturæ authoritas, q̃ consensus sanctorum ab initio omnium eò valere testatur: vt demõstrauimus, &

adhuc poſt reddemus illuſtrius. Vota quoque illa, & viuendi certa inſtituta, ab hominibus ſuſcepta ea gratia, vt Deum magis propitium habeant, & eius gratiam abundantiorem ſibi concilient, & pro peccatis ſuis ſatisfaciant, damus veſtro aduerſari euangelio, veſtrę fidei: At Chriſti Euangelio conuenire, probariq́ȝ fide catholicæ eius eccleſiæ, eſt planè euidentiſsimum.

Scripturam autem vocare traditiones eiuſmodi, doctrinas dæmoniorum, quando docentur eſſe cultus vtiles ad promerendam remiſsionem peccatorum, & gratiam.etc. eſt in diuinas ſcripturas impudens & iniurioſa calumnia. Nuſq̄ docent ſcripturæ, quæ ab eccleſia, Epiſcopis, & ſanctis patribus tradita ſunt, quo cõmodius & certius, eccleſiaſticæ ſocietatis finem, hoc eſt, ſalutem vitamq́ȝ beatam aſſequantur eccleſiæ filij, eſſe doctrinas dęmoniorum: immo, planè contra docent, illis ipſis nobis obediẽdum neceſſario: immo, Deum in cœlis ratum habere, quicquid ab illis ſic conſtitutum ligatumq́ȝ fuerit. Se contemni Chriſtus affirmat in ſacroſanctis, quos nobis in regno ouiliq́ȝ ſuo cõſtituit, magiſtratibus: Bis gratum Deo fieri certum eſt, ſi ea humiliter obedienterq́ȝ exequimur. Vt quę per ſe Deo grata acceptaq́ȝ ſunt, gratiora reddantur, ex humili, quam eius magiſtratibus in ijſdem dependimus, obedientia.

Pauli, ad Galath. verba. Euacuati eſtis à Chriſto, qui lege iuſtificamini, ſententiæ ſuæ non recte accõmodant. Expungebat ille falſam & pharizaicã ſuis Galathis inſtillatam opinionem, quòd ex lege Moſaica nobis eſſet quærenda iuſtificatio: quæ à ſolo Deo, gratis, per Chriſtum eſt: non tamen ſine noſtris operibus, q̃uis non debita noſtris operibus. Proinde, & idem ipſe Paulus vbiq; docet & inculcat, vt cum timore, ac tremore noſtrã ipſi

salutem operemur. Nullam traditionem hoc consilio institutam à sanctis patribus, vt promereamur remissionē peccatorum & diuinam gratiam, euidenter falsum est: immo contra omnem illorum traditionē, illo præcipue & finaliter respicere, nempe, ad finē ecclesiasticæ societatis, indubitatum est.

Quàm vero hoc est ineptū, quòd interrogāt, vt quis vellet quæ constituere ad promerendam peccatorum remissionem diuinamq; gratiam, qui scire posset an Deo placerent eiusmodi? Quasi vero ex scripturis, ex Christi & apostolorum doctrina, vita, exemplo, omnium ab initio fidelium communi fide & persuasione publica, indubitatum non sit, vt ieiunijs, fletu, lachrymis, humiliatione nostri, adflictioneq; carnis, orationibus pijs, feruētibus & assiduis, atq; omnibus quæ eodē pertinent, eius sit prouocanda impetrandaq; misericordia? Si aduersarijs hæc nota nō sunt, prodigiosa sanè ea est ipsorum excæcatio, vt clarissimam veritatis lucem non videant: & quod ab initio, publica & velut naturali quadam persuasione innotuit omnibus, illis obscurum sit.

Quale sit, qđ perpetuo ī ore habēt. Vbique prohiberi a Deo, in prophetis peculiares cultus instituere, sine eius mandato.

Sed inquiunt. Nónne vbiq; prohibet Deus in prophetis, instituere peculiares cultus, sine mandato Dei?

Quæ hæc verborum portenta, quæ inuolucra sunt? Quid nō aperte loquimini? Prohibet'ne scriptura, mādari à præpositis, à superioribus, quæ esse Deo grata & accepta indubitatum est? Hoc enim, si esset, ad propositum faceret, & nostræ aduersaretur sentētiæ. Nunquid Rex Niniuita, q̄uis profanus, peccauit, ad Ionæ prædicationem & hominibus & iumentis indicens ieiunium, &, ne aut cibum, aut potum caperent: quo tristi illa rerū omnium facie, iumentorum etiam vociferationibus & clamoribus ex inedia, homines magis admonerētur pœnitentiæ? Si regi profano, eiusmodi respectu ieiunium indicenti

indicenti, obedire tenebantur subditi: nũquid Christi fideles obseruare non tenentur ieiunia, & quæ similia, salutis causa, præcipiuntur ab Episcopis, ecclesiarum prępositis, & sacrosanctis magistratibus, qui ecclesiasticæ hierarchiæ præsident? qui sedent super cathedram apostolicam? Non debent oues Christi in hijs obedire suo pastori & rectori, quẽ ipse illis Christus constituit? cuius præceptis, etiam coràm Deo in cœlis affirmauit adesse ligandi efficaciam?

Quos ergo hic peculiares cultus inducitis, vbiq; prohibitos in prophetis sine Dei mandato institui? An forte idololatriam dicitis? Eò sanè pertinet Ezechielis, quã ad hoc ipsum inducunt, sententia. Cui. cap. (quod citant) xx. præceptum legimus à Deo, vt senioribus Israel, abominationes patrum suorum à die qua ipsos eduxerat è terra Agypti, ostenderet: exprobraretq;, quòd eorundẽ imitatores existerent, Dices, inquit, ad eos. Hęc dicit dominus Deus. In die qua elegi Israel & leuaui manum meam. etc. vt educerem eos de terra Agypti, in terram quam prouiderã eis. etc. dixi ad eos. Vnusquisq; offensiones oculorum suorum abijciat, & in idolis Aegypti nolite pollui, ego dominus Deus vester. Et irritauerunt me, & noluerunt obedire, Vnusquisq; abominationes oculorum suorum nõ proiecit, & idola Aegypti nõ reliquerunt, Subiungens deinde, quemadmodum ijdem patres, irritauerant eum in deserto, & ꝓpter hoc iurasset neminem eorum introducere in terram quam ipsis promiserat, dixi, inquit, ad filios eorum in solitudine. In pręceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum, custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus Deus vester. etc. Et exacerbauerunt me etiam filij: & in præceptis meis non ambulauerunt. etc. Propter quod iterum leuaui manum meam in eos in solitudi

Ezechielis citata ab illis sententia q̃ à propositio aliena sit.

Et quid obsecro ad vestram sententiam pertinet, quæ vestro more inducitis verba apostoli ad Colosſ? Ille cessasse docens in Christo, cæremonias legis Mosaicæ, Nemo, inquit, vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt, vmbra futurorum, corpus autem Christi.

Verba apostoli (Nemo vos iudicet in cibo etc.) q̃ nihil pertineat quo inducũtur ab aduersarijs.

Sed simul, inquiunt, & legem Moisi, & humanas traditiones complectitur Apostolus.

Quid hic audio? Nunquid vel lippiẽti obscurum est de veteris legis cæremonijs loqui Apostolum? Quæ, inquit, sunt vmbra futurorum, quorum solida veritas in Christo nobis exhibita est: quorum corpus Christus est: Euanuerint proinde necesse est, postquam solida nudaq; eorum veritas coruscauit de crucis patibulo: postquam corpus eorũdem nobis est exhibitum. Et nũquid sanctorum patrum, & ouilis Christi rectorum mandata, traditionesq;, etiam vmbræ futurorum sunt? Hoc est scripturarum vti testimonio: an abuti potius?

Sed si euangelium, inquiunt, negat cæremonias Moysi (quæ erant diuinitus institutæ) iustificare: quanto minus iustificant traditiones humanæ? Primum hic operam perditis, concludentes humanas traditiones minime iustificare nos: quando & nos, ab vno Deo, per Iesum Christum dominum nostrum, & non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, etiam qualibuscunque, iustificari nos supra demonstrauimus: tametsi non sine nostris operibus, quibus Dei erga nos misericordia, & gratia, solicitanda procurandaque est. Quo, vt valebant etiam veteris legis cæremoniæ, atque earum humilis fidelisque obseruantia, quandiu viguit eius legis obligatio: ita quoque valet humilis impletio atque obseruantia legum, quæ in domo ecclesiastica ab eius rectoribus nobis præfixæ constitutæque sunt.

Vt frustra concludant humanis traditionibus non iustificari nos. Vt quod affirmatur etiam à catholicis.

Quàm tñ idem iefficaciter faciant.

Deinde, Longissima est diuersitas eorum quæ cõiungitis, cæremoniarum legis Mosaicæ, & traditionũ præceptorum ecclesię, atque eorum quibus commisit Christus sui ouilis curam & regimen. Illis vt eiusmodi, nunc vti, non solum foret inutile, sed & damnabile: siquidem nondum impletam earundem veritatem, ad quam prænunciandam, præfigurandamq́ instituta fuerant, re ipsa significaremus: & negaremus Christum venisse in carnem, vt pulchre habet D. Augustinus contra Faustum. Hijs vero, humiliter obsequi nobis est ad salutem necessarium: tam inquam, quàm Christi mandatis obsequi: qui hoc nobis præcepit, vt obediamus constitutis à se magistratibus: affirmans in cœlis hoc ratum haberi, quicquid illi ipsi hic nobis præfigunt & statuunt: nos enim efficaciter obligari, præceptionum earundem vinculis. Quæ nisi illis constaret authoritas, quo pacto possent, quod eisdem Christus præcepit, eius gregem & regere & pascere? Quis ordo? quæ vnitas? quis cõsensus foret in domo ecclesiastica? Sed hæc, & supra & alibi copiosius euidentiusq́ demonstrauimus.

Quàm sit pestilens aduersariorũ doctrina, qua leges ieiuniorũ etc. ecclesiasticas, doctrinas dęmoniorum faciunt?

Quàm proinde sit falsa, q̃ pestilens aduersariorum sententia, qua leges ecclesiasticas qbus certis per septimanas diebus, carniũ esus nobis interdictus est, & præterea cõstituta prescriptaq́ certa ieiunia, dęmoniorum doctrinã faciunt, nulli sanę mentis dubium esse existimo. Quãdoquidem hoc Christus, hoc prophetæ, hoc apostoli, hoc sancti oẽs, & verbo & exemplo docuerũt quòd ieiunia, & similes carnis affectiones Deo placeant: & quòd sint efficacissima media, quibus diuinam placemus irã, & impetremus veniã & misericordiã. Clamat Deus per prophetã, Conuertimini ad me, in toto corde vestro, in ieiunio, fletu & planctu, docet ille sanctus & Deo plenus Tobias filium suũ: Bona est oratio, cum ieiunio & elee-

Ieiunia & similes carnis afflictiones esse media efficacissima, ad pla

mosyna. Hoc ipsum habuit ab initio, omniũ sanctorum publica indubitataq́ persuasio. proinde, quoties diuina illis imploranda erat misericordia, ad hęc media semper confugerunt: ieiunium inquam, cilicium, sui profundissimam humiliationem, in sacco, in puluere, & cineribus, & orationem feruentem cũ fletu & lachrymis: quæ & ipsa, efficatia semper experti sunt: quemadmodum iam multis exemplis demonstrauimus, & vniuersa scriptura plena est. Ioãnes ille Christi præcursor, Deo placere, & acceptum esse, vt carnem nostram maceremus ieiunijs, vniuersoq́ victu, vestitu, cubitu, duris atq; asperis, vniuersa sua vita testatus est. Christus, etiã suo ieiunio quadragenario consecrauit ieiunium, & suo nobis exemplo commendauit, promittẽs patrem pro eo redditurum nobis mercedem. Ieiunarunt apostoli, postq̃ ab ipsis sublatus est Christus: nec vllum opus arduum, in quo specialiter diuinam requirebant gratiam, aggrediebantur absq; ieiunio. Paulus nos adhortatur, vt in omnibus nos exhibeamus sicut Dei ministros, in multa patientia, in laboribus, vigilijs, & ieiunijs. Catholicæ ecclesiæ de eisdem communem fidem, publice receptam & re ipsa comprobatam sanctis omnibus sententiam, iuuat sanctiss. doctissimiq́ Christi martyris & Pontificis Cypriani verbis ascribere. Ieiunijs, inquit, vitiorum sentina siccatur: carnis petulantia marcet: concupiscentia languet: fugitiuæ abeunt voluptates. Vtilitas ieiuniorũ temporibus christianis clarius patuit: & à multis frequentata, in plurimos se effudit. Quot virtutum viros vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magni moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset: quoties à Deo obtinere aliquid conati sunt, ieiunijs incubuere & lachrymis: & pernoctantes in orationibus, cilicijs carni adhærentibus supplices beneficia postularunt. Nec de-

candam Dei iram, & impetrãdã veniam ac misericordiam.

Catholicæ ecclesiæ doctrina de ieiunijs verbis beatiss. Cypriani expressa.

quàm indoctum. Aduersus hos D. Hieronymus sua illa orthodoxa & magnifica tuba intonat. Ex istorum cineribus iam olim extinctis, consopitis'que multis sæculis, VViclefus & Hussita, illi strēnui sathanæ milites, rediuiua conati sunt excitare incendia: sub ecclesiasticæ libertatis titulo, damnantes imposita nobis ieiunia ab ecclesia. Quorum duplex spiritus in Luthero reuixit. qui hoc velut melle conditum nouum illud suum Euangelium (Mahumetis ea in re imitatus ingenium & vafriciem) attemperauit gustui carnalis populi, & popularé fecit, Germanis'que suis quibus crapula quàm ieiunium magis placet, se facile insinuauit. Cuius ea in re authoritatem, doctrinam'que sectantes aduersarij, hæc ipsa, nunc dæmoniorum doctrinas faciunt. vt intelligas per quos sanctos patres, & quæ, sit huius sanctæ doctrinæ successio. Itaque vt reuertamur ad institutum, Quòd publica persuasio fuerit, & à doctis pariter, & indoctis recepta in vniuersa ab initio ecclesia, probata sanctorum exemplo omnium, diuinis confirmata scripturis, tradita & à Christo & ab Apostolis, Vtilissimum nobis esse, auertendæ diuinæ iræ, atque eius gratiæ procurandæ respectu, carnem nostram affligere vigilijs, ieiunijs, cilicio, & rerum omnium voluptuariarum abstinentia: esu carnium, & potu vini nobis interdicere: pisciculis, leguminibus, olusculis, aquæ potu contentos viuere: habita tamen in omnibus tali ratione corporis, ne seruiendo spiritui ineptum reddatur, iam euidens fecimus.

VViclefum, Hussitam,

Lutherum cũ suis.

Epilogus prædictorum.

Q insup ecclesia, habita tñ infirmitatis oium rõne, sapiẽtissimo cõsilio, nõ fortiora, sed faciliora quædã horũ in vniuersum pcepit, qbus, neglígẽtioribus salutis suę, aliquod frenũ inijceret, ne pmitterent carnis voluptatibus

Conclusio de interdicto esu carniũ, & indicto ieiunio certis diebus ab ecclesia.

se prorsus immergere, sed vrgentis præcepti necessitate aliquãdo cogerentur abstinere à placitis: diligentioribus autem, & magis satagentibus, occasionẽ præstaret, plus præstandi, & à se ipsis exigendi, q̃ ipsa exigeret: hoc est, binis per septimanas diebus esu nobis carniũ interdixit: & præterea quadragenarium, & aliorum nõ nullorum dierum ieiunium indixit, non dubitamus ipsam hoc fecisse vtilissime: nec vlli Christiano licere, hæc præcepta cõtemnere, nec etiam absq; necessitate transgredi.

Refellũtur aduersariorũ aduersus eãdem calumniæ.

Non obscurari sed illustrari, per istiusmodi præcepta, doctrinã de gratia et iustitia, aut diuina præcepta.

Quibus quòd doctrinã de gratia & iustitia, quæ est præcipua pars Euangelij obscurari affirmãt, si de sua doctrina, suo Euangelio loquantur, libenter admittimus, Vt qui suas carni liberas habenas (tametsi mortificationẽ nõnnunq̃ nominent) permitti volunt: nihil illi interdici, nihil subtrahi, qui nullam vllius adflictionis, asperitatis & abstinentiæ vtilitatem affirmant: nullam pro peccatis nostris punitionem aut satisfactionem exigũt: vt quibus vna fides abunde præstet omnia. Sed si de Christi euãgelio, & doctrina catholicæ ecclesiæ loquantur, cõtra planè res habet per omnia: Neq; obscuratur, sed illustratur, doctrina de gratia & iustitia, per præcepta eiusmodi: & excitantur, prouocantur, adiuuãturq; Christi fideles ad eam ipsam assequendam iustificationis gratiam.

Eadem veritate subnititur, quòd addunt diuina præcepta obscurari præceptis istiusmodi: immo, ad hoc maxime seruiunt hæc præcepta ecclesiæ, vt nos admoneant, & impellant salutis nostræ solicitam curam agere: pœnitere de commissis peccatis: eorum remissionem quærere: nos præparare ad dignam communionem corporis & sanguinis domini. quod nostrum multi alioqui negligerent.

Sed traditiones, inquiunt, & præcepta istiusmodi lõge præferebantur præceptis Dei.

Ista est

Ista est aduersariorum hyperbole. Quanq̃ si dicerem contemptores pręceptorum ecclesiasticæ hierarchiæ & cathedrę apostolicæ præsidum, grauius peccare, q̃ qui tẽtatione, aut carnis infirmitate victi, pleraq; Dei pręcepta trãsgrediuntur, haberem diuinarum scripturarum clarissima testimonia, quibus meam cõfirmarem sententiam. Nam q̃ districte exigat à nobis Deus, vt illis obsequamur, in Deuteronomio clarissimis verbis expressit diuinus spiritus: & iubet contemptum præcepti aut imperij sacerdotis præsidis cathedræ, expiari mortis supplicio. Vt auferas, inquit, malum de Israel. Quod tamẽ nõ quibuslibet diuinorum præceptorum transgressionibus, sed certis, ijsq; grauissimis, cõstitutum legitur. Nec immerito grauis admodum cẽsenda est, in sacrosanctos à Christo cõstitutos nobis magistratus in suo hoc ouili, suo regno, hoc est, ecclesia, rebellio, cõtemptus, & superba, animosa, contumaxq; inobedientia: & in Christum ipsum eam redundare iniuriam: præsertim, cum inde soluatur omnis ordo, omnis vnitas in ecclesia: vnde eius salutẽ pẽdere indubitatum est. Quam Deus semper magis horrẽdo exemplo, pręsentioriq; vindicta, q̃ suarũ legum etiã grauissimas transgressiones vltus inuenitur. Dathan & Abyron Mosaicæ authoritatis contemptores, inaudito omnibus sæculis supplicio, dehiscens de sub pedibus terra viuos absorbuit, demisitq; ad inferos. at Dauidi adultero & homicidæ, idem Deus, apud quem personarum acceptio nulla est, tam immane, tam multiplex, & tã fraternæ charitati inimicum scelus, q̃ remisit facile?

Quã districte exigat à nobis Deus, vt obsequamur pręceptis, ecclesiasticæ hierarchiæ præsidũ.

Cõtumax inobedientia, erga magistratus sacros à Christo constitutos in ecclesia peccatũ grauissimum.

Collatio, contemptus authoritatis Mosaicæ in Dathan & Abiron, ad adulterium, et crudele homicidiũ Dauid,

Quod traditiões patrũ sanctorũ, & pręcepta ecclesiastica, magna cõscientiis pericula attulerũt, longissime abest à vero: immo contra planè, magnam, pijs, & obsequentibus vtilitatem attulerunt. Neq; sunt tam multa, neq; tam grauia, vt eorum sit, aut impossibilis, aut etiam admodũ

Ecclesię præcepta nullũ con-

difficilis obseruatio. Et recte arbitrantur homines, quod illis obedire teneantur, nisi causa subsit grauis aut necessaria: ita vt charitas aliter suadeat. Quòd tamē, ne nobis imponat philautia: cū iudicio sacerdotis nostri debet fieri.

scientiis periculum, sed piis vtilitatem magnam offerre.

Alterius calūniæ depulsio.

Quod dicunt arbitrari homines has obseruationes esse necessarios cultus, nouus hic loquendi modus est, & quem vix intelligimus. Nam cultus vocabulū, hac in re nobis inauditū est: sed nos cultum intelligimus latriā, hoc est, actum qui specialiter & proprie ad Dei honorē pertinet: nec quisq̄ catholicorum, aliter cultum audit aut intelligit. Sed aduersariis omnia noua sunt, nec quicq̄ consuetum placet.

Quam inepte vtantur: Cultus, vocabulo.

Sed Paulum affirmant ad Timotheum prohibitionē ciborum doctrinā demoniorum dicere. Quia inquiunt, pugnat cum Euangelio, talia opera aut instituere, aut facere, vt per ea mereamur gratiam, quasi non posiit existere, Christianismus sine tali cultu.

Quàm sint in Paulū iniurii, dum illū affirmant hæc præcepta ecclesiæ doctrinas dæmoniorum dicere.

Nisi me cohiberet instituti ratio, & hoc loco, & sæpe alias audirent, quod merentur aduersarii, & verum audiendo, malam voluptatem, quam male loquēdo ceperunt, perderent. Ita'ne Paulus demoniacæ doctrinæ hic magistrā facit, quam alibi veritatis columnam, et firmamentum prædicauit ecclesiam, quòd certorum dierum ieiunium, cum non nullorum ciborum abstinentia nobis indixerit?

Paulus diuino spiritu afflatus, præuidisse se affirmat, quod in nouissimis diebus, discessuri quidam essent à fide, attendentes spiritui erroris, & doctrinis dæmoniorū in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cū gratiarum actione Christi fidelibus. Nec ipsum fefellit prædictio. Surrexerūt enim in primis Marcion, deinde

Tatianus, à quo Encratitæ originem sumpserūt. Et post hos Manichęus, & Priscillianitę, qui vt malū damnarūt coniugium. De Marcione & Manichęo D. Hieronymus lib. 1. cōtra Iouinianum prope initium, ità loquitur. Neq; vero nos Marcionis aut Manichęi dogma sectantes, nuptijs detrahim⁹. De Tatiano, et Priscillianitis D. Augustinus libro de hęresibus, testis est: qui nuptiarum fœdera disiungebant, etiam inuitis alterutris. Sic quoq; inuenti sunt, qui corpus aut carnem, suapte natura rē malam dicerent, & factam à malo principio: quod vnum ex Manichæi blasphemis dogmatibus extitit. Quē Patritius quidem secutus est, qui Patritianorum hæresi nomen dedit. Quemadmodum Seuerus alter quidam, à quo Seueriani duxerunt originem, docuit non licere vllo pacto vinum bibere, eo quòd fabulosa quadam vanitate (vt D. Augustini verbis vtar) de Sathana & terra germinasse vinum affirmabat. Quem eundem errorem D. Hieronymus in commentarijs super Amos prophetam tractans illum locum prophetæ, Propinabatis Nazaræis vinum, Tatiano Encratitarū patri attribuit. Hos spiritu præuidens Apostolus designat, à fide discedentes, & spiritibus erroris, et dæmoniorum doctrinæ attendētes, prohibentes nubere, & in creaturis suis blasphemantes creatorē. Aduersus quos idem affirmat Apostolus, omnem creaturam Dei, bonam esse: nec quicq̄ rejciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Proinde D. Hieronymus, aduersus Iouinianum, hūc ipsum Pauli locum tractās, Reprobat, inquit, Apostolus, eos qui prohibebant nubere, & iubebant à certis cibis abstinere: sed Marcionem designat, & cæteros hæreticos, qui abstinentiam eorundem inducūt perpetuam, ad destruenda, condemnanda, abominandaq; opera creatoris. Nos autem omnem creaturam Dei laudamus, matię saginæ,

Quorum doctrinas, velut spiritu præuidens, notauerit Paulus, Marcionis, Tatiani, Encratitarū, Manichæi, Priscillianitarum, Patritianorū, Seuerianorū.

Hieronymus, vt dictū Pauli locum intelligat.

abſtinentiam luxuriæ, ieiuniaq́ʒ præferimus ſaturitati: & à diebus Ioannis Baptiſtæ ieiunatoris et virginis, regnum cœlorum vim patitur. Hactenus ille. Et hæc mihi de præſenti controuerſia æquis iudicibus ſufficere poſſe videntur.

Peroratio.

CONTROVERSIA DECIMATERTIA.

De cultu & inuocatione ſanctorum.

Aduerſariorū explicatur doctrina & ſententia.

DE cultu et inuocatione ſanctorum docent aduerſarij, quòd eorum nobis poſſit proponi memoria, vt imitemur fidē, et bona opera, quiſq; ſecundum vocationem ſuam: ſed ſcripturā nos non docere, inuocare eoſdem, ſeu petere ab illis auxilia: Cum vnus Chriſtus nobis ſit à Deo propoſitus mediator, propitiator, atq; interceſſor. Eum inuocandum eſſe, qui ſe promiſit, exauditurū preces noſtras. Veteres ſcriptores, tametſi honorandos ſanctos doceant, inuocandos non docere. Et quoniam conſtat euidenti diuinæ ſcripturæ apud Zachariam teſtimonio, angelos orare pro nobis viuentibus, nec id ipſum poſſint inficiari aduerſarij: hoc ipſum tamen, maligne ac reſtricte, atq; ita concedūt ſanctis, vt ſicut viui orāt pro vniuerſa eccleſia in genere, ſic in cœlis orent pro vniuerſa eccleſia. Quanq̄ nullum de mortuis orantibus pro viuis teſtimonium extare velint in ſcripturis, præter vnum ſomnium, quod vocant, ex libro Machabæorum. Sed vt maxime pro nobis orēt ſancti, non conſequi inde, eos inuocandos. Nam cum de hoc ſcriptura nihil doceat, non poſſe conſcientiam certi aliquid de illa inuocatione habere, quòd illam Deus ap

Quomō imaginentur ſanctos orare pro nobis.

Cur nolint inuocari ſctō̄s.

probet: nec item, quod sancti, preces nostras intelligant. Non debere proinde cogi homines ad rem incertam, cũ oratio ex certa fide fieri debeat. Et hic nobis affingunt, quod honorem vni Christo debitum transferamus ad eius sanctos, atq; eosdem, & mediatores & propitiatores faciamus: obscurare proinde nos Christi officium, et fiduciam Christi misericordię debitam nos transferre in sanctos: cum sibi Christum, nobis doctoribus, duriorẽ fingant homines, q̃ quem audeant sine intercessore accedere: sanctos vero, nobis magis propitios: & hoc pacto plus fiduciæ in misericordia sanctorum, q̃ Christi ponitur: & hic late expatiatur apologia, in abusibus plerisq; & superstitionibus, quę in cultu inuocationeq; sanctorũ inter idiotas & simplices irrepserunt. Etiam nostrorum plerosq;, quibus est mens sanior, fateri dicẽtes, multas falsas persuasiones hærere in doctrina Scholasticorum, & Canonistarum: multos pręterea abusus, in tanta inscitia & negligentia pastorum irrepsisse in ecclesiam. Nec primum fuisse Lutherum, qui quereretur de abusibus publicis, & inter cętera, de confusione, quę apud nos est, doctrinæ pœnitentiæ, quam vel maxime, vt dicunt, oportebat perspicuam & explicatam extare in ecclesia. Nullam aliam causam fuisse multis bonis viris, qui initio amare Lutherum cœperunt, quàm quod videbant eũ explicare animos hominum ex illis labyrinthis confusissimarum & infinitarum quæstionum & disputationũ, quę sunt apud Canonistas & Theologos. Et in hũc modum hic rhetoricari pergunt.

Quæ hic affingant doctrinę catholicę.

In Scholasticos et Canonistas

Scilicet, magna lux inuecta doctrinæ pœnitẽtię per Lutherum

Nos vero vt abusibus & erroribus nullis patrocinari volumus, sed tolli eos, purgari, eliminariq; cupimus, p illos ad quorum hoc spectat officium: ita ad extirpandũ zizania, non putamus euellendum & triticum. Si abrogãda sunt vniuersa, quibus abutitur hominum intempe-

Ita medẽdum subintroductis vbicũque erroribus, vt salua maneat orthodoxa veritas.

rantia, & malitia, nulla est res tam necessaria, quam non abrogatam oporteat. Nã & pane & vino, cæterisq; quę pro humana necessitate & salute Deus dedit hominibus, magna pars hominum, ne dicam multo maxima, abutitur in suam perniciem. Quid igitur? Hoc nobis curandum est, ne ex ignorantia aut errore peccent homines: Quod fiet, si in omnibus doceantur orthodoxam fidem & catholicam: Malitiam hominum impedire non possumus, sed Deo, atq; illis quibus hoc est commissum, corrigendam puniendamq; relinquemus.

De inuocatiõe sanctorũ antiquissimus consensus catholicę ecclesię ostẽditur.

Sanctos cum Christo regnantes, ante multa sæcula, ab vniuersa toto orbe Christi ecclesia, non solum honoratos, sed etiã inuocatos inuenimus: De quo, an fieri aut debeat, aut liceat, nunc dubitare (vt Augustini verbis dicam) extremæ est dementiæ.

Ita rẽ certo habere, vt diximus, is certo intelligit, qui, quid sit sanctos inuocare, intelligit, & oculos transfert in vniuersam multis retro sæculis toto orbe diffusam Christi ecclesiam. Siquidem inuocare sanctos, aliud nihil est, q̃ opem intercessionemq; eorum, pro nobis apud Deum implorare, & exposcere: quod ante multa sęcula, ante annos duodecies ac tredecies cẽtenos, toto orbe terrarum Christi ecclesiam fecisse, demonstrat solennis illa & vetustissima Litaniarum institutio: quæ post inuocationem sacratissimæ triadis, diuorum cum Christo regnantium inuocationem ordine digestã cõtinet: tametsi succedentibus sibi sęculis, paulatim in easdem plura diuorum nomina relata sunt: & fuisse eam publicam Christi fidelium omnium indubitatam fidem, vt in periculis constituti, & ad diuinum cõfugientes auxilium, sanctorum fida apud Deum implorarint suffragia (nimirum suæ indignitatis, inefficacię & frigiditatis suarum orationum conscij, & magis impetrare sperantes quod petunt, ora

Inuocare sanctos quid sit?

Litaniarũ institutio solẽnis & vetustissima.

quo respicientes fideles, in necessitatibus, diuorũ implorãt suffragia.

tione aliena, q̃ propria) ipsa rei euidẽtia, & veterum monumenta scriptorum comprobant. Quæ & ipsa, suæ imperfectionis conscia humilitas, non vero diuinæ misericordiæ diffidentia, in primis Deo grata est: qui sanctorũ suorum orationibus multa nobis confert, quę non impetraremus oratione propria. Theodosius ille vere christianus Imperator, aduersus Eugenium cum necessaria pro rep. & etiam religionę Christiana arma pararet, nõ tam, inquit ille, armorum telorumq́ꝫ, q̃ ieiuniorum orationumq́ꝫ præsidijs præparatur ad bellum: nec tam excubiarum vigilijs, q̃ obsecrationum pernoctatione munitus, circuibat omnia orationum loca cũ sacerdotibus & populo. Ante martyrum Thecas iacebat prostratus cilicio; & fida sibi auxilia sanctorum intercessione poscebat. Vides publicam catholicæ ecclesiæ fidem in Imperatore sapientissimo & Christianissimo, Sacerdotibus, & populo, vt in periculo constituti sanctorum intercessione diuinum auxilium quęrerent: & sanctorum orationes, opem, & suffragia apud Deum implorarent & poscerent. Nunc, inquit ille Augustinus, ad memoriam piscatoris, flectuntur genua Imperatoris: ibi radiant gemmæ diadematis, vbi fulgent beneficia piscatoris. Curuãt genua ad memoriam piscatoris, qui eius auxilia, & apud Deum patrocinia inuocãt. Expressisse autem illum, morem tum publicum, & communem fidem catholicę ecclesiæ, ex eo indubitatum est, quod hæc dixerit orthodoxus Episcopus in sermone de b. Petro & Paulo, ad fidelem sibi commissam ecclesiam: nihil eis nouum aut inauditum hac in re docens, sed publicum morem ad memoriam reuocans, vt inde & ipsi non negligerent eorundem implorare beneficia. Idem est videre, in plerisque alijs eiusdem; de sanctis, sermonibus. Extant præterea apud eundem familiares, quas fundere solebat, preces ad

Deo grata isti usmodi inuocatio.

Testis publicę & cõmunis fidei Theodosius, cum Christiano clero et populo.

Testis Irrefragabilis eiusdẽ fidei Augustinus.

Nota pondus testimonij.

diuam Virginem, quæ adhuc hodie frequentãtur in ecclesia. Vt est illa. O beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarum, et laudũ preconia rependere? etc. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mẽte poscimus, etc. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant oẽs tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuam commemorationem, etc. Has inquam, & alias huius formæ preces, nõ ipse priuatim tantum penes se orabat, immo publice in ecclesiasticis concionibus inculcabat fideli populo: ne dubitare possis, quin ita tunc se habuerit fides publica catholicę Christi per orbem ecclesię. Quod certissimo intelliges, si sermones eius, qui sine controuersia suo recognoscũtur authori, perlegeris: quos plerosque habuit in solẽnibus ferijs diuę Virgini sacris, ad fidelem populum. In quibus eiusmodi orationes sæpe recurrunt, & passim inculcantur fideli populo. & sæpe exhortatur Christi fideles omnes, eiusdem intercessionibus, toto se mẽtis affectu committere, eius patrocinia implorare, vt dum, inquit, nos supplici eam obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis. In vniuersum aũt de regnantibus cum Christo sanctis omnibus, audi quid Christi fideles doceat, in sermone de b. Laurentio. Granũ, inquit, dixerim dominum, cũ cæditur, cum ĩcrepatur, cum cõtemnitur: arborem autem, cum cæcos illuminat, mortuos resuscitat, peccata condonat. Ramos autẽ huius arboris, si requiras, inuenies. ramus est Petrus, ramus est Paulus, ramus est Laurẽtius, cuius hodie natalitia celebramus. rami sunt oẽs Apostoli, vel martyres Saluatoris. Ad quos, si quis se fortiter te-

Eiusdẽ Augustini familiares preces ad diuam Virginẽ quas et inculcabat fideli populo.

Eiusdẽ doctrina de regnantibus cũ Christo sanctis omnibus.

nere voluerit, fluctibus sęculi minime mergitur: qn potius, sub vmbra illorum latitans, gehennę nō patietur ardorem: securusq; de diabolicæ potestatis procella erit. Vides quantopere fidēdum sanctorum apud Deum pro nobis intercessionibus, etiam illo sæculo: & florente religione: & synceritate fidei, habuerit publica doctrina catholicæ ecclesiæ. Cuius etiam luculentissima testimonia apud Chrysostomū, Hieronymum, Cyprianum, Origenem, & Tertullianum inuenies. Quam fidem suorum fidelium, ipse etiam Deus innumeris cōfirmauit miraculis: quorum plurima certissimæ fidei, & in aliquibus oculatus testis, refert D. Augustinus, cap. viij. lib. xxij. de ciuitate Dei.

Eiusdem publicæ fidei testes. Chrysostomus Hieronymus, Cyprianus, Origenes, Tertullianus.

Hāc fidelium suorum fidem Deum confirmasse innumeris miraculis certissimæ fidei.

Quid igitur? Aduersus hāc tam vniuersalem, tam antiquam, tam constantem, tam certam catholicæ toto orbe ecclesiæ fidem, quenq̄ Christianum vel tantillum mouebunt Lutheri & aduersariorum ratiūculę & argutię? Scilicet, scriptura nō docet nos inuocare sanctos, nec eorum implorare auxilia. Quid si nō doceat scriptura, sed sine scriptura, aut tradētibus apostolis, aut spiritu sancto illuminata, aut euidēti ratione edocta, hoc acceperit, hoc tenuerit, crediderit, docuerit Catholica Christi ecclesia? Quid si ipse De⁹, īfinitis ab initio, vt fecit, miraculis hāc ecclesiæ et fidelium suorum fidem comprobauerit? Ego certe maiori ratione authoritatem tibi negauero scripturarum omnium, q̄ tu mihi catholicæ ecclesiæ fidem et authoritatem reuocaris in dubium: quādo, nisi ex vna hac, nulla mihi constet scripturarum authoritas. Quid ergo, cum nulla scriptura huic aduersetur communi fidei ecclesiæ? Quid, cum ex ipsius scripturæ testimonio euidenter constet, multa extra scripturas, apostolico ministerio, & doctore spiritu sancto ecclesijs tradita?

Hanc rupē, nō impingi aduersariorum ratiūculis.

Sed Christo hac in re volunt iniuriam fieri, & vni illi

debitum honorem transferri ad sanctos, quando illos inuocamus. Hunc siquidem vnum nobis intercessorem, mediatorem, propitiatoremq; propositum. Eum proinde nobis inuocandum esse, qui promisit se exauditurum preces nostras.

Quã falso imaginentur sanctorũ inuocatione Christo iniuriam fieri. Apostolũ, etiã peccatorũ hominũ vbique ĩplorasse orationũ auxilia.

Quid hic audio? Ergo sui ipsius toties oblitus Paulus, in Christum fuit iniurius, cum etiam à mortalibus hominibus, qui etiam pro suis ipsorum peccatis adhuc opus habebant orare, & per singulos dies dicere, Dimitte nobis debita nostra, implorabat orationũ apud Deũ auxilia? Cum Romanos oraret, Obsecro vos fratres per Iesum Christum dominum nostrũ, & per charitatẽ spiritus S. vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad dñm, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudęa? Cum idem ab Ephesis peteret, Per omnem, inquit, orationẽ orantes omni tempore in spiritu, &c. & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysteriũ euãgelij, pro quo legatione fungor in cathena, ita vt in ipso audeã prout oportet me loqui? Christo iniurius denique, & eidem debitum honorem ad peccatores homines transferens, cum Colossenses rogaret, orare etiam pro se, vt, inquit, Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi? Cum idem etiam Thessaloniceñ. rogaret vtraque epistola? Cum idem quoque Hebræos? Cum Philæmoni scribens, vt sibi breui affuturo, & ex captiuitate liberando præpararet hospitium? Nam spero, inquit, per orationes vestras donari me vobis. An ita vobis videtur de illo apostolo, vt suæ ipsius doctrinæ, quam nusquam non inculcat, nusquam ferè meminerit? Vt nescierit Christum nobis propitiatorem, mediatoremq; propositum? ipsum nos fidum intercessorem & aduocatum apud patrem habere? Quid ergo cum illius iniuria mortales &

peccatores homines, intercessores atque oratores quærit alios? Sed nobis tutius videtur, tanti Apostoli exemplũ & doctrinam, q̃ Lutheri furiosum cerebrum sequi: et hoc certo tenere, non pertinere ad Christi iniuriam, sed potius honorem & gloriam: cum ad nostram indignitatem, nostræ orationis frigiditatem respicientes, & ineffi-caciam, etiam alios ad illum intercessores submittimus: non ex diffidentia de Christi erga nos misericordia, sed ex humilitate, suæ imperfectionis indignitatisq; sibi cõscia. An forte, mortalium & peccatorum hominum intercessionem, & orationes apud Deum sine Christi iniuria implorare nos posse, eorum vero qui iam cum Christo regnant, atq; eidem intima charitate coniuncti sunt, non posse dicturi sunt? Qui obsecro, hoc magis q̃ illud, ad Christi iniuriam pertinet? aut si pertineret vtrunque, aut alterum, qui nõ magis illud, quàm hoc pertineret ad Christi iniuriam? cui eo grauiorem iniuriam fieri, quò vni ipsi debitus honor, ad indigniores transfertur, dubium non est.

Immo ad gloriam Christi pertinere, quãdo ex nostræ indignitatis conscientiam alios ad illum intercessores submittimus.

Cauilli exclusio.

Quid igitur? An nõ fieri quidem hic Christo fatebũtur iniuriam: attamẽ sine fructu, atque inutiliter à nobis fieri, cum illos nobis inuocamus apud Deum intercessores & auxiliarios? Quid ita? An qui hic in mortali corpore sub proprijs adhuc laborant peccatis, et pro se ipsis debent esse solliciti, orationibus suis nos adiuuare possunt: & post effusum pro Christo sanguinem, post coronas & triumphos, Deo iam coniunctissimi in charitate & gloria, apud eum nihil poterunt? Et vt b. Hieronymi aduersus Vigilãtium, eadem ipsa, quæ nunc hij, blasphemantem, verbis dicam. Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatis impetrat à Deo veniam, Et Stephanus imitator domini sui & primus martyr in Christo, pro suis persecutoribus veniam deprecatur,

Non inutiliter inuocari illorũ nobis apud Deum suffragia.

Plus valere eorum pro nobis oratiões, q̃ hic degentes in mortali corpore.

Et postq̃ cum Christo esse cœperunt, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dixit in naui condonatas animas, & postq̃ resolutus, esse cœpit cum Christo, nunc ora clausurus est, et pro ijs qui in toto orbe ad suum crediderunt euangelium, mutire non poterit? melior que erit Vigilantius, canis viuus, quàm Leo mortuus?

Nõ minus eosdem velle opitulari nobis.

Quid deniq;? An possunt quidem, & multo magis q̃ hic nobiscum in mortali carne viuentes possunt, sed opitulari nolunt? Et quæ ea foret erga fratres in hac valle lachrymarum & miseriæ adhuc laborantes, charitas? An forte preces nostras nos exaudiunt? Exaudire certe, ipse Deus testis est: quem i periculis et necessitatibus, implorantibus eorum orationes & apud se suffragia perpetuo subuenisse, et quotidie subuenire, ipsa certitudine certius est, ipsa euidentia euidentius.

Audire eosdẽ, et intelligere preces nostras.

Aliena oratione multa multos ĩpetrasse, quæ non obtinuissent propria.

Pius & benignus est dominus, & cupit nobis benefacere: attamen orari vult, non sua, sed nostra causa & vtilitatę. Et quoniam orationes nostræ sępe sunt indignæ ac frigidæ, gratum sibi est, vt quomodocũq; cogatur, vtq; nostræ indignitatis cõscij, sollicitemus alios, qui digniore & gratiore oratione intercedant pro nobis, quo propter illorum orationem faciat, quod nostra, vt impetraret, indigna est.

Lucas testis est. Mortua Thabita, discipulos mortẽ eius grauiter ferẽtes, vt cuius ministeriũ sanctis adhuc existimabant necessariũ, non tamen immediate ad Deũ, aut ad mediatorem nostrum Iesum Christũ; sed ad Petrum confugisse: Quem venire rogabant, & Deum orare, vt illam resuscitaret: non tantum præsumentes de propriæ orationis efficacia: & impetrant oratione aliena, quod non impetrassent oratione propria. Hoc ipso, aduersariorum arrogantiam, & superbam nimis de se præ-

ſumptionem cõfundens ſacer ille ſpiritus, & catholicum hac de re ſenſum explicans Chriſti fidelium ab initio.

Solus Chriſtus, noſter apud Deum patrẽ mediator eſt, atq; idem fuit ab ipſo mundi initio ſanctis omnibus. quemadmodũ ſupra, vbi de noſtri iuſtificatione egimus, pluribus explicauimus. Attamẽ, quòd ob ſanctorum hominum, etiam hac vita defunctorũ merita, multa Deus beneficia contulerit alijs, vniuerſa ſcriptura teſtis eſt. Ita legimus ad Iſaac locutum dominum. Ne deſcenderis, inquit, in Aegyptum, ſed quieſce in terra quam ego dixero tibi, & peregrinare in ea. Tibi enim, & ſemini tuo, dabo vniuerſas regiones has, complens iuramentum, quod ſpoſpõdi Abrahã patri tuo, etc. Eò quòd obedierit voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legesq; ſeruauerit. Si propter Abrahã iã mortuum, benefecit Iſaac, & tot benedictionibus repleuit, qui tamen à regno illo cœleſti ad portas inferi adhuc extorris agebat: propter ſuperbenedictam & glorioſiſſimam matrem vnigeniti ſui, cœleſtis iam aulæ reginam, propter ſanctos Apoſtolos & martyres ſuos, qui pro ipſo ſanguinem ſuum effuderunt, aliosq; ſibi nunc amiciſſimos & regnantes ſecum, nihil faciet?

Tametſi ſolus Chriſtus hominibus apud Deũ mediator ſit, tamẽ ob ſanctorũ etiã vita functorum merita, multa beneficia cõtuliſſe aliis, vniuerſam ſcripturam teſtari.

A minori,

Quin & hoc vide, quòd nõ ſolum ob merita ſanctorum etiam vita defunctorum, & nondum ſibi coniunctorum in gloria, multa ipſum beneficia contuliſſe alijs, vniuerſa atteſtetur ſcriptura: immò, quòd etiã per merita & memoriam eorum ſibi ſupplicari gratiſſimum habuerit: Quod tamẽ multo maius eſt, & longe plus ipſis honoris attribuit, q̃ ſi eorum tantum imploremus opẽ, et apud ipſum interceſſiones ac ſuffragia. Quãdo hoc, etiã à mortalibus & peccato obnoxijs hominibus, nos recte & vtiliter facere, Paulus (quod iam demonſtrauimus) ſuo nos exemplo perpetuo inſtruit.

Quod per merita & memoriã ſanctorum ſibi ſupplicari, Deus gratiſſimũ habuerit. Illud ipſum tñ multo plus honoris attribuere ſciis, q̃ eorũ implorare ſuffragia.

Itaq; Iacob, aduersus timorem Esau fratris sui ad diuinum auxilium confugiens, per memoriam patrũ suorum Abraham, & Isaac, illud ipsum implorauit & obtinuit. Ita quoq; Moyses, orans pro preuaricatore illo populo, cum internetioni destinaretur à Deo, ob crimen illud adorati aurei vituli: Recordare, inquit, domine Abrahã, Isaac, & Iacob, seruorum tuorum. Vides, vt etiã hic ob memoriam eorũ quos amicos Deo sciebat, quãuis nondum essent illi coniuncti in gloria, orauerit, atq; etiam impetrauerit veniam tot centenis millibus: aduersus quos alioqui, pro grauissimo idololatriæ peccato decreta fuerat iræ & furoris domini sententia. In eundem modum, tres illi Hæbraici pueri in ardentem fornacem missi ab impio rege Babyloniæ, diuinam implorarũt misericordiam. Ne auferas, inquiunt, à nobis misericordiã tuam, domine Deus noster: propter Abrahã dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Iacob sanctum tuum. Itaq; & Ezechiæ regi Iuda, rebus humanitus desperatis ad diuinum cõfugienti auxilium, hoc per prophetam responsum est à domino. Protegam, inquit, vrbem hãc, et saluabo eam, propter me et propter Dauid seruũ meũ. Et nos Diuorum precibus & meritis, in hijs quæ accepimus à Deo, nihil'ne feremus acceptum?

A minori.

Sed hic forte nos interrogabit quispiam, cur nusquã inueniamus in scriptura veteri, sanctorum iam vita defunctorũ à quoq; implorata suffragia: tametsi per eorundẽ memoriam Deo supplicatum fuerit?

Cur non inueniatur in scriptura veteri, sctõrũ vita functorũ à quoq; implorata suffragia, tametsi, per memoriã eorundem Deo supplicatum fuerit.

Cui respondebimus, In primis, eam causam non esse, quam imaginantur aduersarij: quasi id pertineret ad mediatoris iniuriam. Longe enim plus honoris deferri sanctis indubitatum est, quòd per eorum memoriã & merita supplicamus Deo, q̃ quòd ipsis supplicamus, vt nos suis apud Deum orationibus adiuuet: & si in horum al-

terutro, mediatori Christo iniuria fieret, in illo, non in isto fieret: Cum (vt supra demonstrauimus) etiam mortalium & peccatorum hominum, apud Deum vtiliter inuocare atque implorare suffragia, diuinis instruimur scripturis, & exemplis apostolicis.

Est tamen causa, cur ante persolutum redemptionis nostræ pretium & apertam regni cœlestis ianuam, per sanctorum vita functorum memoriam & merita Deo supplicatum fuerit, eorum tamen suffragia implorata nō fuerint: inde vero, vtrūq; factum sit, & fiat in Christi ecclesia. Siquidem antea, frustra fuissent implorata eorum suffragia: vtpote, nondum coniunctorum cum Deo in gloria, sed ad reconciliationem vsq;, et regni apertionem per sanguinem redemptoris Christi, loco quodam ordinato à Deo adhuc expectantium: & propterea non percipientium orationes & vota viuentium: ut quæ, non propriæ rationis ad nos vsq; pertingentis efficacia, sed in verbi diuini speculo (quod intueri ipsis nondum datum erat) beati intuentur & audiunt. At post persolutum redemptionis nostræ pretium, sancti iam regnantes cum Christo in cœlesti gloria, etiam nostras preces votaq; exaudiunt: vtque vniuersa, in verbo, clarissime intuentur, velut quodam speculo, Proinde non minori, sed longe maiori fructu, eorūdem nūc imploramus apud Deū auxilia & suffragia, q̄ si nobiscum adhuc viuerent. Tanto inquam vberiore, quanto ardentiori charitate Deo iam coniuncti in gloria, apud eundem plus valent: nec minori erga nos affectu, amore & beneuolentia nobis prodesse cupiunt: conscij & velut compatientes nostræ infirmitatis ac miseriæ, vnde erepti sunt. Recte proinde Augustinus cap. xxxix. lib. de cognitione veræ vitę. Animæ, inquit, sanctorum, non clamorem vocis, sed cordis exaudiunt, & se fideliter inuocantibus subueniunt.

Longe maiori fructu implorare nos scōrū apud Deū suffragia, q̄ si nobiscum adhuc viuerent.

Quare non cessat catholica ipsa sancta mater ecclesia,
nõ cessauit ab initio, nec cessabit q̃diu durabit in hac mi
litia, pia quotidie deuotiõe implorare Diuorum iam cũ
Christo regnantium, nostraq; vota exaudientium, suffra
gia: id quod ante Christum in veteri non fiebat ecclesia:
Quemadmodum nec solennibus, vt nunc, gaudijs, cele-
brabãt iustorũ obitus, quòd indignũ arbitrarẽtur, quan-
tumlibet laudabili morti, quæ Christi mortem procede
ret, diem festum impendere: cum ante illam salutiferam
passionem, non festiua gaudia, sed claustra tenebrosa mo
rientes quosq; exciperent.

Conclusio.

Ex hijs mihi de sanctorum inuocatione, nostræ & ca
tholicæ sententiæ veritas, satis demonstrata videtur. quã
& ipsam nobiscum tenere & amplecti debent aduersa-
rij, si nobiscum voluerint in domo Dei vnanimes cõuer
sari, & viuere. Quòd si qui, præter hanc, pastorum negli
gentia & ignorantia, errores, superstitiones, abususq; cir
ca eandem irrepserint: vt irrepsisse plerosq; non ignora-
mus & dolemus: eorundem extirpationi insistendũ est;
retinenda tamen catholicæ fidei veritas. Sed alienus, er-
rores, abususq; corrigendi, hic modus est, ad quem cum
suo Luthero confugiunt aduersarij: suis impijs adinuen
tionibus corrumpentes vniuersam doctrinã nostræ reli
gionis & fidei. Nec satis admirari possum, quòd Luthe-
rum nominare audeãt, nedum magnis efferre præconijs,
& dignum ducere quem magistrum agnoscant, & do-
ctorem sequantur, qui tantum luminis inuexerit in ec-
clesiam. Quem certe tenebrarum penè palpabilium inue
xisse q̃ plurimum, ipsa luce fecimus illustrius. Sed vt hic
hominem suis coloribus depingamus, non fert huius in-
stituti ratio.

Nõ tantum in genere, sed ẽt

Quod ęgre concedunt sanctos orare pro ecclesia vni-
uersa in genere, quemadmodum hic viui fecerant, vt re-

ete

cte quadret similitudo, etiam orare pro nobis particulariter confiteantur necesse est. quemadmodum etiam viuos fecisse et facere, indubitatũ est. Orant orati, pro orãtibus, & eorum auxilia implorãtibus, & pro quibus specialem aliquam orandi causam habẽt, particulariter: pro vniuersa autem ecclesia, generaliter. Cæteris autem ratiunculis eorum omnibus: abunde satisfactum mihi videtur: & q̃ falsò dicant veteres scriptores, inuocãdos sanctos non docere. Vt hic conniueam ad eorundem temeritatem, & impudentiam qua libros Machabæorum vocant somnia. Quibus, tametsi nõ sint in Hebræorũ canone, indubiam nihilominus authoritatem tribuit ecclesiæ Christi authoritas. unde scripturarum omnium fidem & authoritatem nobis pendere, & supra & alibi copiosius demonstrauimus. De quibus D. Augustinus cap. xxxvij. lib. xviij. de ciuitate Dei, hoc quod nũc diximus, cõstantissime affirmat. Machabæorũ libros, inquit, nõ Iudęi, sed ecclesia Christi p canonicis habet. Nec temere, aut de suo capite, sanctissimus Episcopus, & singularis ecclesiæ doctor, hoc de illis confinxit testimonium, sed catholicæ ecclesię sensum & consensum expressit. Nihil ipse præsumit definire de scripturis canonicis, vt nunc misselli homunciones quidam, execranda impudentia, diuinarum scripturarum omnium, atq; adeo sacri spiritus se Aristarcos & censores constituunt, easq; pro suo ingenio ac spiritu in classes describunt ac distribuũt: quasdã, etiam resecãtes ad viuum: alias, eorum authorum pernegantes, sub quorum nomine lectas constat ante annos quaterdecies cẽtenos à catholica ecclesia. homines, vt in alijs plerisq; corrupti mente, & reprobi circa fidem, ita hac in re intolerandæ temeritatis, præsumptionis & superbiæ exagitati spiritu. Non sic, inquam, ille. Sed catholica, inquit, Christi ecclesia pro canonicis habet. De cu-

particulariter pro nobis orare sanctos.

Ex pręmissis cõstare q̃ vere dicãt aduersarij veteres scriptores inuocãdos sanctos nõ docere.

qua temeritate Machabęorum libros dicant somnia.

ius hac de re sentẽtia, etiam definitio tertij Carthagineñ. concilij, cui idẽ beatiss. Augustinus interfuit, nos certos reddidit, cuius decreto .xlvij. vterq; Machabæorũ liber connumeratur inter scripturas diuinas & canonicas. Sed hijs obiter, aduersariorum de diuinis scripturis, per stricta sit censuræ temeritas.

CONTROVERSIA DECIMAQVARTA.

De uotis monasticis.

QVo clarius intelligas, qualis sit aduersariorum de his sententia, hoc primũ fac cogites lector, quãtum merito fidei illi habendum sit, qui suæ ipsius patrocinatur turpitudini, suæ perfidiæ, libidini, ac impudicitiæ. In Nicæno concilio, cũ tractaretur de indicenda sacerdotibus & altaris ministris perpetua continẽtia, etiam ijs qui mariti admissi ad ministeriũ fuerant, & in eam fere sententiam inclinarent patrum sententiæ: unius Paphnutij illi contradicentis, magni merito momenti, magnæq; authoritatis est habita sententia. propterea, quòd cum ipse egisset, atq; ageret vitam cœlibem, videri non poterat suo ea in re patrocinari affectui: sed vnam veritatem, & publicam vtilitatem respicere nemini erat dubium. De Luthero hoc palàm est & notoriũ: vt male pœnitẽs emissi ante annos multos voti, quo Deo se obstrinxerat seruire in instituto vitæ monasticæ secundum beatiss. patris Augustini præscriptũ & regulam, velut canis sit reuersus ad vomitũ, & sanctimoniali (quam miserã miser secum pertraxit in perditionem & interitum) incæsta copulatus libidine, quo & illius, et

suæ blandiretur cauteriatæ conscientiæ, & diu noctuq; obstrepentis sibi reclamantisq; obiurgationẽ intolerabilem quomodocũq; compesceret, & aduersus eãdẽ sese obduraret, aut certe, suæ mentis aures obturaret, atq; vlceri hęrenti in intimis cordis penetralibus, sanẽ q̃ dolorifico, vel sensum doloris, velut anodynis quibusdam aut torporiferis pharmacis, vel adimeret, vel mitigaret, & crustã qualitercũq; induceret: cœpit excusationes in peccatis quęrere: cœpit docere vota monastica, continentiæ perpetuæ, paupertatis volũtariæ, atq; obediētiæ, esse stulta, libertati christianę cõtraria, impossibilia, atq; adeo impia, Irrita proinde, & nullius apud Deũ momenti & efficaciæ, nec obligare quẽq̃, aut libertatẽ cuiq̃, quæ ante vota emissa fuerat, posse adimere. Hoc vnũ omnibus viribus agens, vt q̃plurimos vnà secum in perditionem pertraheret, quasi cum multis leuior futura sit illi damnatio. Accurrerunt ad hunc, velut proposito pileo seruos ad libertatem euocantem, quotquot idem vitę institutum professi & pertęsi, carni & sathanæ, quàm Christo, auscultare maluerunt: & contempta quam Deo præstiterunt fide, contraria fide se obstrinxerunt incęstis (quibus se copularunt) & sathanæ. Et hij primi & præcipui noui huius euangelij assertores & euangelistę facti sunt. quo dignum haberet patella cooperculum. Quibus, quanta merito fides, hac præsertim in controuersia, adhiberi debeat, existimo vel cæco esse perspicuum. Si, vt ille Paphnutius, cœlibatum integre & syncere colentes, suaderent his apud quos est gubernandę ecclesiæ authoritas, vel non admittere vota continentiæ perpetuæ & monastica, vel permittere sacerdotibus & altaris ministris coniugia, credi possent publicæ vtilitatis respectum haberẽ. Nunc, quid merito de ipsis credere omnes debeant cui obscurum est? Ne tamen rationes

Aduersariorũ sententia, esse nõ solum irrita, sed etiã impia.

ſuas irrefragabiles ſcripturas,diuinorũq; eloquiorũ oracula, ſine fine iactitent, & ijs velut fumis perſtringere & faſcinare pergant infirmiorum oculos, & ſibi ipſis fruſtra blandiri,etiam hic ſubijciemus, quicquid afferunt, & afferre poſſunt in excuſationem aut defenſionem ſuæ impietatis & perfidiæ. & orthodoxam catholicam'que veritatẽ,quanta fieri poterit,euidẽtia & breuitate aſtruere conabimur.

Itaq; quod monaſtica vota,& in primis,continentiæ perpetuæ,aduerſentur Dei ordinationi & mandato,hoc pacto conantur aſtruere.

Ratio prima. Eſſe ſiquidem volunt mandatum Dei,vt propter fornicationem vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat,nec ſolum mandatũ, ſed etiam creationem atq; ordinationem Dei hos cogere ad coniugiũ,qui ſine ſingulari Dei opere nõ ſunt excepti.nec poſſe voti obligationem hoc mandatũ Dei ſoluere. Irritum proinde affirmant votum caſtitatis perpetuæ,velut illi Dei mandato aduerſarium.

Secunda. Deinde,Cũ natura voti hoc habeat,quòd eſſe debeat de re poſſibili: item, & voluntarium, ſponte & conſulto ſuſceptum: propter priorem partem,omnes: propter ſequentem,partem multo maximam monachorum & vouentium,à votorum obligatione eſſe liberos pronũciãt: quòd enim caſtitas,velut homini impoſſibilis,res votiua non ſit,per ſe notum exiſtimant.

Tertia, et præcipua concludẽs quod ſunt cultus impii. Addunt rationem tertiam,quæ vniuerſum monaſticæ vitæ inſtitutum complectitur. Omnis, inquiunt,cultus Dei, ab hominibus ſine mandato Dei inſtitutus, & electus ad promerendam remiſſionem peccatorum,impius eſt, & blaſphemus in Chriſtum: eodem dicẽte,fruſtra colunt me mandatis hominum. & docente Paulo. Non obſeruatiõibus & cultibus excogitatis ab hominibus,ſed per vnam fidem,qua credimus Deum placatum

& propitium propter Christũ, nobis gratis iustificationem contingere: quo & alia pleraq;, de iustificatiõe quæ ex fide est, congerunt, quæ supra satis excussimus. Singulariter autem illum Pauli locum in Apologia vrgent. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini. Sed cum eò spectent vota monastica, eóq; fine emittantur, quia existimant vouentes ea placere Deo, & per eadem eius impetrare gratiam, illiq; se commendatiores reddere: sequitur eadem, impios esse cultus, irrita, & nullius efficaciæ.

Cætera, quæ in confessione verbose congerũt, ad rei summam nihil faciunt. Nam falsas quorundam de hoc vitæ instituto persuasiones, vel perstringunt, vel fingũt, & debacchantur in nõnullorum monachorũ vitia, quasi ipsi ab omni peccato mundi sint. Vtcunq; tamen, ea sic expungere & eliminare oportuit, vt nihilominus nobis salua maneat doctrina sana & catholica.

In Apologia, quam nuper multo auctiorem, non paulo etiam peiorem ediderũt, ea, quæ primo erat edita, nouissimæ illi rationi vehementer & verbosissime insistentes, ad tædium vsq; eadem iterant atq; reiterant: Quorũ summa in hoc est, quòd sola fide nobis contingat peccatorum remissio, et iustificationis gratia. Opera bona, eò non valere. Sed nec bona esse vlla, nisi quæ à Deo præcepta sunt. Atq; ea ipsa ideo tantum facienda, quia à Deo præcepta sunt. Si quæ præterea fiãt, nec bona ea, nec vtilia esse. Proinde, de facultatum & fortunarum suarum desertione distinguentes, Quædam, inquiũt, fit sine mandato Dei: & hanc non probat Christus. Nam opera nostra à nobis electa, sunt inutiles cultus. At vrgẽte vi persecutionis tyrannicæ, vel abnegare Christum, vel fortunas suas deserere: tunc, vt præceptam à Deo, dicunt esse bonam & vtilem. Quòd si insuper eo respectu quædam

Vt nihil velint probati à Deo, quod ab eodẽ pręceptũ non est.

quicquid à nobis assumptũ causa impetrãdæ diuinę misericordiæ & gratiæ, id esse impium.

fiant, quæ pręcepta non sunt, sed electa à nobis, vt diuinã illis offensam placemus, atque impetremus misericordiam & gratiam: iam perniciosa atque impia esse, ex doctrinis dæmoniorum profecta, & in Christum blasphema. Quo respectu, cum & vota illa fieri, & vniuersi illius monastici instituti obseruantiam sit in confesso, indubitatum, & notorium: hinc sequitur illa eorundem de eisdẽ censura quam audisti, & sententia. De qua vna, pendet vniuersa inter illos & nos controuersia: & non de quæstionibus nouem aut decem, quas in Apologia introducunt huic instituto impertinentibus. de quibus, per nos licet vt disputent quibus cum voluerint: Nobis, hic de dubijs controuersis, aut impertinẽtibus disputare animus non est, sed tantũ tueri & asserere catholicæ ecclesiæ de votis monasticis, & eo vitæ instituto, certã, indubitatãq; sentẽtiam. Quæ, vt paucis dicam, hoc habet. eadẽ esse licita, sancta, Deo accepta, meritoria vitæ ęternæ, & etiam valentia ad impetrandam Dei gratiam, & corãm Deo obligatoria: nec posse sine mortali peccato, & certissima damnatione deseri. Proinde esse falsissima, quæcunq; contra dicuntur ab aduersarijs.

Catholica sententia de votis monasticis.

Sed quo clarius hæc intelligantur ab omnibus, hoc in primis ad mentẽ reuocandũ est, quod iam ante in controuersia de traditionibus humanis euidenter demonstrauimus: vniuersa attestante scriptura euidẽtissime falsum esse, quod hic aduersarij primũ principij loco assumũt in præsenti controuersia, Non solũ inutiliter, sed etiã impie fieri, & ad Christi contumeliã pertinere, quando nostra sponte eligimus & facimus quædam, ad quę lege diuina alioqui non tenemur, ea opinione & confidẽtia, quia existimamus illa placere Deo, illis prouocare eius erga nos misericordiam, gratiam & beneuolentiam promereri. Ex quo, velut principio, cum vniuersa aduersariorũ hac

Aduersariorũ sententia, ex quali principio pendeat.

de re sententia pendeat, eadem certitudine atque euidentia patet, qualis ea sit. Cum non possit esse verior aut certior conclusio demonstrationis, suo, ex quo pēdet, principio. Nec opus foret eandem hic traducere aliter.

Quo tamen certius intelligatur, ea esse, quam nos explicauimus, catholicæ ecclesiæ de votis monasticis verissima et certissima sententia, inde nobis auspicandum est, Non posse damnari hæc vota ab aduersariis, simpliciter, quia vota sunt: cū sub omni lege vsum votorum receptū fuisse cōstet, et certo persuasum hominibus, quod Deo accepta fuerint. Qui & ipse, se eadem requirere & exigere testatus est, dicens. Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis & facies, sicut promisisti domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo loquutus es. Ex quibus verbis, etiam illud ipsum euidenter damnatur aduersariorū axioma & principium. Nam cum vota, pręceptum Dei non habeant (sunt enim spontaneę obligationes, quibus seipsos astringunt homines, et possent non vouere) tamē ea Deo accepta esse & placere, nunc inductæ scripturæ euidenti constat testimonio.

Demonstratur ea eē quæ explicata est, catholicæ ecclesię, verissima & certissima sententia.

Votum licitū, & acceptum Deo, quis præceptum nō sit.

Receptæ eiusmodi de votis, etiam ante legem, fidei, testimonium habemus in Iacob patriarcha. Sicut sub lege Nazaręorum, & alia, pro cuiusque arbitrio.

Res votiuæ, hoc est, quæ recte vouebantur Deo, certa lege pręscriptę non fuerunt apud veteres, nec apud nos sunt: sed in vniuersum, quicquid quisque Deo placere, & ad honorē eius facere existimauit, seu ad oblationes, sacrificia, diuinum cultum, ac Dei seruitium quomodocunque pertinens, seu etiam ad vouētis sanctificationē, seu

Res votiuæ, quæ sint.

ad proximorum vtilitatem conferens & subseruiens, id licite voueri poterat, & votum erat coràm Deo obligatorium. vt tres hos velut scopos vouentium, & rei voti uæ possis constituere, nempe Dei cultum & honorem, nostri sanctificationem, & proximorum charitatem.

Votorum obligatiõi (quę ex natura, nõ ex lege Mosaica dependet,) nihil detractum à Christo.

Votorum autem obligationi, vt quæ, ex naturæ, non ex Mosaica lege dependet, nihil à Christo detractũ est, sed vt omnium, ita & eorundẽ vsum magis perfecit: consummatoria, absolutoria, perfectioraq; proponens hominibus, præ illis veteribus & hostijs, cæremonijs, quibus Deus à nobis nunc coli vult.

Quę ergo, etiã nunc, recte vouere possimus.

Recte ergo etiam nũc voueri potest, quicquid illi recte offerre possumus, atq; eius gratificandi studio facere, quãuis etiam absq; eius offensa id ipsum potuissemus omittere: ita vt nostro in arbitrio positũ fuerit facere, & non facere. Si enim nolueris, inquit, polliceri, absq; peccato eris. Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut promisisti domino Deo tuo, et propria voluntate & ore loquutus es.

Et quia nemo sanę mentis offert Deo, eius gratificandi studio, quod illi nõ placere, aut displicere certum est: nemo recte vouet, quod per se illicitum est: Sed nec licita quidem recte vouemus omnia. Sunt enim licita quędam, de quibus dicit Apostolus, quod non expediãt, & quæ pręstat omittere q̃ facere. Licent etiã imperfectiora quædam, quæ & si pro tempore & persona expediãt, meliori tamẽ, & Deo gratiori, acceptioriq; impedimento sunt: Quæ Deo vouere, nec ad nostram vtilitatẽ, nec ad illius honorem pertinerent, sed contra ad eius inhonorationem potius. Esset enim hoc, eius gratiæ, ad meliora, sibiq; gratiora, perfectioraq; nos vocantis, prouocantisq;, si forte nos ea dignaretur, obdere pessulum: & se obligatione obfirmare, ne vocanti pulsantiq; sit audiens.

Licet

Licet soluto, & ei qui sui iuris est, vxorem ducere, et liberis operam dare: sed Deo hoc ipsum vouere nõ licet, ne aduersus ipsum se obfirmare velle videatur, si forte dignaretur illi inspirare, atque elargiri perpetuæ continentiæ gratiam.

Recte proinde à scholasticis definitur votũ, quòd sit melioris boni Deo facta promissio. Et bonum sit quod voueatur oportet: et vt melius sit ipsumm fieri q̃ nõ fieri. Abesse itaq; necesse est etiã alterius cuiusq; iniuriã: nec alteri debito præiudicare officio. Vnde illa Num. 30. de voto mulieris, sub viri, & puellę sub patris ptãte cõstitutę distinctio. Et quia est promissio, hoc est, spõtanea & volũtaria obligatio, sit quoq; de re possibili necesse ẽ, cũ ad ĩpossibile se obligar̃ possit nemo, nec obligari à quoq̃. Age nunc ad hanc rationem expendamus professionem monasticæ: quò euidentius pateat, licit á ne sit, an illicita: Deo accepta, & coràm eo obligatoria: an vero apud eum nullius momenti, & irrita.

Recta Scholasticorum definitio,

Votum, meliõris boni Deo facta promissio.

Expensio prõfessionis monasticæ, ad nunc cõstituta principia.

In primis hoc ad memoriam reuocandum est, cuius paulo ante meminimus, falsissimam esse, & vniuersæ diuinæ scripturæ, Christo, prophetis, apostolis, vniuersæ denique ab ipso mundi initio Deo fidelium ecclesiæ consentienti & certissimæ fidei pugnantem aduersariorũ sententiam, quam & hic, & sæpe alibi, velut primi & certissimi cuiusdam sui Euangelij principij loco proferunt, & inculcant: Nullum opus bonum esse, & acceptum Deo quod ab ipso præceptum non est. Cætera omnia nullius apud ipsum fieri. Et siqua sine Dei præcepto, quę ipsi elegerimus, à nobis fiãt, quia illi placere existimamus, quia eius offensam illis placare quærimus, eius impetrare misericordiam et gratiam, esse impia: et in Christũ blasphema: ex doctrinis dæmoniorum profecta. Immo dæmoniacam hanc esse, & in Deum atque omnes eius sanctos

blasphemā assertionem: nec quicq̄ esse, quod magis euidenter impudenterq; vniuersæ, quāta est, diuinæ scripturæ aduersetur, supra fecimus euidentissimum.

Mōastica pro fessionem, nec quia vltrò, nō præcepta assu mitur, nec qa Deo accepta à vouētibus cre ditur, malam esse.

Constat proinde, non propterea damnabilem esse monasticę professionem, quoniam, cum Dei pręceptum nō habeat, assumitur à profitentibus: quia Deo accepta creditur, & valere ad satisfaciendum pro peccatis nostris, & diuinam impetrandam gratiam. Cum in vniuersum, etiam omnia quæ assumuntur vota, demerendi Dei gratia assumantur: atq; ea intētione ac respectu, quòd Deo ea placere existimamus, & per ea impetrare eius gratiā & misericordiam: tametsi præceptum nullum habeant.

Votorū in hoc singularis gratia apud Deū, quod vltro assumuntur.

Immo, hęc est votorum apud Deum singularis gratia, quòd cum nobis liceret illi non offerre quod offerimus, nobis tamē detrahimus quod illi offeramus gratiore obsequio. Nam quòd necessitatis est, & de quo quis merito dicit sibi, Væ mihi, ni fecero, eiusmodi non habet gratiam: Et si euangelizauero, inquit ille, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incūbit. væ enim mihi est, si non euangelizauero. Sed in hoc credebat sibi gratiam haberi apud Deum, & singularem mercedem repositam; quòd cum ei liceret sumptum accipere ab his quibus euangelizabat, gratis tamen, & sine sumptu euangelium doceret.

Restat ergo, vt si illicita sit monasticæ professio, & qualem eam faciunt aduersarij: ex re ipsa quę in ea vouetur, talis sit: ipsa, inquam, voti materia: quia in ea vouetur Deo, quod Deo rectè voueri offerrique non possit, secundum rationem paulo ante explicatam: Cum nec ex voti natura in vniuersum, neque ex vouentium intentione tali, quæ vota illicita & damnabilia faciat, talis sit.

Non itē ob rē quę vouetur, īmo, esse oīum

Eorum autem, qui Deo vouent aliquid, alij suum aliquid, alij se ipsos deuouent, quemadmodum ille Origenes hom. xxv. in Leuiticum pulchre explicat, habens

in hęc verba. Alij, inquit, vitulos, aut arietes, aut domos, aut alia eiusmodi ratione carentia vota, Deo offerunt. Ille vero qui appellatur Nazaræus, semetipsum deuouet Deo. Hoc est enim votum, quod super omne votū est. Nam filium offerre, aut filiam, aut pecus, aut prædium, hoc situm extra nos est. Semetipsum vero offerre Deo, & non alieno sed proprio labore Deo placere, hoc est perfectius & præeminentius votis omnibus: quod qui facit, imitator Christi est. Et post aliquanta: Qui in castitate viuit, corpus suum vouit Deo, secūdum eum qui dixit: Virgo autem cogitat, quomodo sancta sit corpore & spiritu. Nam & hoc ipsum, quod dixit, sancta, ad hoc respicit. Sancti enim dicuntur, qui se vouerunt. Nā & aries, verbi causa, si vouetur Deo, sanctus appellatur, quem tōderi ad communes vsus non licet: sed & vitulus, si deuotus fuerit Deo, sanctus nihilominus appellatur, nec licet eum iungi in opus commune. Ex hoc colligimus, quid sit, hominem seipsum vouere Deo. Si te voueris Deo, imitandus tibi est vitulus, quem non licet humanis operibus deseruire: nihil facere, quod ad homines, & præsentem vitam pertineat: sed quicquid ad animam pertinet, et diuini cultus obseruātiam, hoc et agendum et cogitandum tibi est. Hęc ille Origenes. Itaque, cum omni voto quid offertur, dedicatur, sanctificaturq; Deo atque eius cultui, votorū materia est, quicquid tale est, qđ eius cultui seruire, applicari, dedicariq; possit. Et cum nihil offerre, deuouere, mancipare'que Deo, atque eius cultui, quàm nos ipsos possumus gratius, (nihil enim tam à nobis Deus, quàm nos ipsos expetit.) palàm est, votū illud quo hoc facimus, omne prorsus votum excedere. Seipsum Deo offert, dedicat ac deuouet, qui non solum seruituti mundi, carnis, diaboli, cōtrariorum illi dominorum, se subtrahit: (ad quod omnis

votorum perfectissimum.

Christianus tenetur) sed qui planè ab illis, quantũ licet, et quàm longissime, recedit: carnem crucifigit, suppeditat, mortificat: & non solum illi non indulget illicita, sed etiã interdicit licitis: vt q̃ minimum possit, sed absolutũ sit regnum spiritus. Mundo & omnibus quæ ad eũ pertinẽt, prorsus renunciat, & semetipsum etiam sibi abdicat: quo totum in se, Dei sit. Quod quo perfectius qui faciunt, & voto faciunt, seq́ aduersus humanę voluntatis inconstãtiam, mobilitatem, negligentiam, torporemq́ velut vinculo quodam astringunt, quo perpetuo admoneãtur stare in procinctu, in acie aduersus contrarias inimicasque phalanges, tanto certum est eorum studium et votum esse eminentius, Deoq́ gratius.

Tres autem pręcipue partes in se complectitur professio monasticæ, Continentiam perpetuam, Paupertatem voluntariam, & obedientiam quæ seniori exhibetur secundum regulam, propter Deum.

Expensio eiusdem secũdum singulas partes quas includit.

De voto continentiæ perpetuæ.

Qui se castrat, & eunuchum facit propter regnũ Dei, & caste viuere se voto obligat, hic, inquit ille Origenes, corpus suum Deo deuouet, secundum eũ qui dixit: Virgo autem cogitat, quomodo sancta sit, corpore & spiritu. Grata proinde est Deo istiusmodi ex nobis victima, istiusmodi oblatio & votũ: et vberẽ pro eo mercedẽ nobis per ꝓphetã repromittit. Nõ dicat, inquit, eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus eunuchis, qui custodierunt sabbata mea, et elegerunt quę ego volui, et tenuerũt fœdus meum: dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filijs et filiabus: nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Hij sunt illi eunuchi, de quibus apud Matth. Christus, speciali diuinę gratiæ munere: Neq; enim omnes, ĩquit, capiũt verbũ istud, sed quibus datũ est. Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui

facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui semetipsos castrarũt propter regnũ cœlorũ. Qui põt capere, capiat.

Itaq; ad postremam hanc eunuchizationem (vt ita loquamur) velut perfectiorem, q̃ quę vulgo hominum, præcepto imponitur, exhortatur eos qui ad perfectiora contendunt. Eunuchi, inquit ille Origenes, nunc abstinẽtes se à venereis sunt appellãdi. Eorum autem qui se continent, differentiæ tres sunt. Et quidam quidem frigidiores sunt præ cęteris viris, de quibus recte dicitur. Sunt quidam eunuchi, qui de vtero matris suæ nascuntur sic. Quidam aũt continentes sunt propter verba hominum, quorum concupiscentiam virilem præcidit, nõ verbum diuinum, sed verbum hominũ: vtpote qui philosophati sunt apud antiquos in gentibus, aut apud eos qui prohibent nubere apud hæreses. Isti sunt eunuchi qui ab hominibus fiunt. Qui autem suscipit verbum viuum & efficax, & acutius super omnem gladium bis acutum, & gladium spiritus, sicut ait apostolus, & præsciderit concupiscentiam suam, corpus suum non tangens, & hoc fecerit, non incitatus propter timorem hominum, neq; propter laudem humanam, sed ob solam spem regni cœlestis, isti sunt qui castrauerunt, & eunuchos fecerũt seipsos propter regnum Dei. Magna proinde res est, propter regnum Dei se castrare, & eunuchum facere. Quod non capiunt omnes, sed quibus datum est. Datum est autem omnibus, qui eiusmodi gratiam sibi petunt à Deo. Hæc ille Origenes.

Tres eunuchorũ differẽtię.

Quos eunuchos probet Christus.

quibus detur, eunuchũ esse.

In cuius, atq; adeo, in ipsius Christi quæ tractat verbis, hoc obseruabis iterum, nõ esse blasphemiam in Christum, eunuchum se facere propter regnum cœlorum: tametsi præceptum Dei non habeat. Vt nusq̃ non perstringatur euidentissima atq; impudentissima falsitas axiomatis illius, quod nusq̃ non, ex suo Euãgelio secundum Lu

quã euidẽter, Christi verbis perstringatur doctrinæ aduersariorũ falsitas.

therum, velut primum, certum, euidensq; principium nobis producunt aduersarij. idq; tam confidenter, ne dicam, impudenter, vt in Apologia sua, Christum aduersus nos velut in suum Euangelium contumeliosos inuocēt, quod illi audeamus cōtradicere. O Christe, inquiūt, q̄diu feres has contumelias, quibus Euangelium tuū affi ciunt hostes nostri? Quod iustissima ratione aduersus il los ad Christum clamat catholica eius ecclesia, cuius cla morem indubie aliquando exaudiet.

Vt quoq;, Ioānis Baptistæ exemplo.

Ioannes, ille domini præcursor, seipsum eunuchum fecerat propter regnum Dei, nec tamen eius faciendi vllum præceptum illi factum ex scripturis proferēt. Ergo impius ille fuit, & blasphemus in Christi misericordiam & gratiam? Ipse, Christo teste, regno cœlorum vim intulit, & quasi vi illata rapere aggressus est. Ergo ignora uit mediatoris propitiatorisq; gratiam? Ergo suis illis tam strenuis laboribus, tam rigido in se vitæ instituto, ipsum deberi credidit? sua opera, propitiatorem fecit, & Christū ignorauit? Quid hijs hominibus aut dices aut fa cies? Christus ipse singulariter cōmendat eos, velut ma gnificentius aliquid & sublimius agētes, q̄ quod capi pos set à vulgo hominum, qui seipsos castrauerunt: non, qui castrātur ab aliquo alio: idq; propter regnum cœlorum assequendum faciunt. Et hij contra affirmant: quicquid eiusmodi, ipsi nos, propria electiōe assumimus, propter regnum Dei assequendum, & diuinam promerendam erga nos gratiam ac beneuolentiam, esse impium, & ad Christi pertinere contumeliam: affirmāt eos qui seipsos eunuchos faciunt, propter regnum Dei, esse impios & blasphemos in Christum. O Christe diu feres hanc tam execrādam in sanctam doctrinam tuam, in te, in sanctos tuos omnes, contumeliam? Et interim Christiani homi nes, scilicet, pro singulari sua et Christiana modestia, ne

Quàm euidēter pugnent cū Christo, & eius euāgelio.

bulones appellant eos, qui authores fuerunt confutationis impijssimi horum dogmati, sre ipsa demonstrãtes cuius sint discipuli: eius nimirum, ex cuius spiritu istiusmodi procedunt in fratres Christianos conuitia. Quorum vt ego eos hic commonefacerem, me coegerũt impudentissima illa sua ad Christum (cuius Euangelium hostiliter impugnant) aduersum nos exclamatione. Sed vt ad institutum recurrat oratio:

Certum est, ipso doctore Christo, esse Deo gratissimum, non solum seruare castitatem perpetuã, idq; propter regnum cœlorum facere, tametsi diuinum prçceptũ non habeat: immo sibi eius faciendi necessitatem quandã imponere, & seipsum eunuchum facere. Eunuchi sunt, non omnes qui continent: sed qui necessario continent. Quos vero Christus laudat, ij sunt, qui seipsos tales fecerunt, sibiipsis eam continendi necessitatem spontanea obligatione, & voto imposuerunt: &, vt Origenis supra citatis verbis dicam, qui vt in castitate viuerẽt, corpus suũ vouerunt Deo. *Ex Christi verbis euidenter constare, Continẽtiæ perpetuę votũ propter regnũ cælorũ, Deo esse gratissimum.*

Certum est ex apostolica definitione, damnationem illos habere, qui sponsionem seruãdæ castitatis perpetuæ, aut fidem datã Deo, violant et irritã faciũt: qui infideles sunt & mentiũtur, non solũ hominibus, sed Deo. Si quẽquis fallere, scelus est: Imperatorem aut Regẽ fallere, instar lęsæ maiestatis est: Deum igitur fallere, quanti erit? Si peccauerit, inquit, homo in hominẽ, orabunt pro ipso ad dominum: si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Proinde virgines Deo dicatas, si fornicatæ fuerint, nõ mariti, sed Christi adulteras, ille Cyprianus pronunciat, & ille beatiss. Leo. Ambigi, inquit, non potest, crimen magnum admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari, quid de eis manebit, qui corrupe- *Dãnationẽ illos habere, q seruandę castitatis fidẽ Deo datã violant.* *Epis. 11. li. 1.*

runt fœdera diuini sacramenti?

Ridicula ratio aduersariorũ, cur nolint continentiam perpetuam, rẽ votiuã nõ esse, quod diuini doni sit.

Ridiculum est autem quod dicunt aduersarij, perpetuam continentiam rem votiuam non esse, quòd nostra non sit, aut nostri arbitrij, nostrarum'ue virium, sed diuini doni & muneris. Quasi non & vniuersum hoc, etiam quòd sumus, etiam quòd possumus, diuinæ sit gratiæ, diuini doni & muneris. Non sumus, inquit ille, sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Et alter, Omne datũ optimũ, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminũ. Sed ille liberalis ac pius pater est, non personarũ acceptor, sed diues & munificus in omnes qui inuocant illum. Ipse nemini deest, qui non deest sibi. Dat suam illam gratiam affluenter omnibus, qui eandem syncero corde ab ipso petunt. Ipse est sufficiẽtia eorum qui in ipso sperant & confidunt. Qui sperant in domino (inquit Esaias) mutabunt fortitudinem: assument pennas vt aquilæ: current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient. Ipse est qui in nobis operatur vt velle; ita & perficere pro bona voluntate. ipse est, qui dat spiritũ bonum petentibus se. Cuius sponsorem certum habemus Christum, cui si confidentes, fideliter instãterq; eundem petiuerimus, nos non destituet: nisi ipsa mentiatur æterna veritas. Si in natura esset virginitas: non haberet meritum: sed quia in natura non est, sed supra naturam, rectè de ea affirmat Ambrosius, quòd vita sit nõ humana, sed angelica, in carne pręter carnem viuere. Quod vt possis, scire debes cum illo sapiente, cuius donum sit, & illũ adire humiliter, confidenter, & fideliter, nec tibi deerit.

Deus sufficientia eorum qui in ipso sperãt, & confidunt.

Orthodoxe sanè, breuiter & luculenter (vt ferè vniuersa) dictum Matthæi locum ille Theophilactus explicans. Post quàm inquit, dixerũt apostoli, melius esse nõ venire ad nuptias, dicit dominus, magnam esse virginitatis

tatis possessionem: at nō ab omnibus recte seruari, sed ab hijs, duntaxat, quorum cooperator est Deus, & quibus datum est. Illis autem datum est, qui petunt. Petite, inquit, & accipietis. Et post aliqua interposita. Volēs autem nos sponte operari virtutem, inquit, qui potest capere, capiat. Non enim cogit virginem esse, neq; nuptias destruit, sed virginitatem præfert. Hactenus ille. Chrysostomo vero eadem verba Christi explicanti, videtur, ideo Christum induxisse, aut præmisisse duo illa priora eunuchorum genera, vt nobis persuaderet possibilitatem etiam tertij, atq; ad ipsum induceret. Posse autē, inquit, perpetuā nos seruare continentiā, docet Christus dicēs. Sunt eunuchi, qui ex ventre matris ita nati sunt: & sunt, qui ex hoībus facti sunt. Et sunt, qui seipsos castrauerūt propter regnum cœlorum. Hijs omnibus, ad optandam eligendamq; inducit virginitatem. Possibile nāq; id esse hominibus, hoc ferè modo confirmat. Cogita tecū, si aut natura eunuchus esses, aut iniuria hoīum sic effectus: qd faceres: cum & istiusmodi voluptate careres, & nullam eius carendæ mercedem consequereris? Gratias igitur Deo agas, quia magna præmia, rutilantesq; coronas habebis, si ita tua voluntate viues, quemadmodū illi necessario, sine aliquo eius pręmio: qd multo, q̄ illi, tu facilius et iucundius poteris, tum, quia spe retributionis roboraris: tum, quia conscientia virtutis gaudes. Et ad hæc, non ita ingentibus cupiditatis fluctibus iactaris. Hæc ille Chrysostomus. Qui etiā homi. xvij. in epist. ad Hebræos habet in hæc verba. Nō oportet, inquit, dicere, nō possum continere, &c. Multi non possunt: sed quia non volunt. Si enim voluerint, omnes potuerint. Propterea & Paulus ait: Volo oēs esse sicut me ipsum. Quia sciuerat, quòd omnes poterant esse sicut ipse. Nō enim si impossibile esset, hoc dixisset: vt autem tales simus, & voluntate, & co

Cōtinētiæ possibilitas, omnibus q. ad Dei auxilium confugiunt.

natū opus esse consequenter demonstrat. Ita quoq; Origenem supra dicentē audisti. Magna, inquit, res est, propter regnum Dei se castrare, et eunuchū facere, quod nō capiunt omnes, sed quibus datum est. Datum est autem omnibus, qui eiusmodi gratiam sibi à Deo petunt.

Vt etiam Dei dona grate offeramus ac voueamus Deo.

Est proide Dei dono (quod nemini negat, qui ipsum pie ac fideliter petit) nobis possibilis continentia: & benignus dn̄s etiā sua dona sibi voueri offerriq; grate accipit. Quid ego (inquit ille fidelis Dauid, de votis loquēs, quę Deo, in impēsam ædificādi à Salomone filio suo eius tēpli obtulerat.) Quid inquā ego, & quid populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? Tua sunt oīa: quæ de manu accepimus, tibi dedimus. Peregrini. n. sumus coràm te, & aduenę sicut omnes patres nostri. Dies nostri, sicut vmbra super terrā, & non est mora. Domine Deus noster, omnis hæc copia quā parauimus vt ædificaretur domus noī sancto tuo, in manu tua est: & tua sunt omnia. Scio Deus meus, quòd probes corda, & simplicitatē diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei, lætus obtuli vniuersa hæc. Et populum tuum, qui repertus est hic, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Dn̄e Deus Abraham, Isaac, et Israel, patrum nostrorū, custodi in æternum hāc voluntatem cordis eorū: & semper in veneratione tui, mēs ista permaneat. Agnoscit, vt vides, ille, Dei dona esse, q̄ & ipse, & populus suus Deo obtulerant: nec minus Deo grata fuisse eadem, propter simplicitatem cordis, hilaritatēq; offerētium, & venerationē diuini nominis nō dubitat. Quę tamen & ipsa, esse dona spūs s. et inesse nobis à Deo, æq; certum est. Quid igitur prohibet, perpetuam continentiam rem votiuam esse, & si sit donum diuini spiritus?

Catholicæ ab initio ecclesię

Certe vniuersa ita habuit, accepit, et intellexit ab initio Christi ecclesia: & qui eandem Deo vouerunt, non nisi

damnabiliter posse respicere retro & reuerti ad nuptias, omnium orthodoxorum, sanctorumq; patrum est concors sentẽtia. Quã, vt ex doctrina & traditione Apostolorum ipse testificetur & affirmet Dionysius, paulo post audies. Ignatius D. Ioannis, seu collega, seu discipulus, epistola octaua, qua singula penè mẽbra ecclesiæ, suorũ officiorũ admonet, sic etiã Deo sacras virgines cõpellat. Virgines, inquit, agnoscant, cui se cõsecrauerũt. Certum est proinde etiam tunc fuisse q̃ plurimas, quæ virginitatẽ suã consecrauerant Deo, quas sui voti, suæq; fidei admonet. Origenis paulo añ audisti testimoniũ. Audisti quoque & Cypriani, qui lapsas à voto, non mariti, sed Christi adulteras pronunciat D. Hieronymus eandem sententiam, ex verbis Apostoli confirmat & astruit. Etsi, inquit, nupserit, virgo, non peccauit. Non illa virgo, quę semet Dei cultui dedicauit. Harũ enim si quæ nupserit, habebit damnationem: quia primã fidẽ irritam fecit. Si quis autem de viduis hoc dictum obiecerit, quãto magis de virginibus præualebit? cum etiã hijs non licet, quibus aliquãdo licuit? Virgines enim quæ post cõsecrationem nupserint, nõ tam adulteræ, quàm incestæ sunt. Hęc ille. Augustinus, nec ob lucrandam salutẽ proximi, licere docet vxorem ducere ei, qui cõtinentiã Deo vouerit. Nullo enim modo debet, inquit, ista compensatione peccare, vt ideo credat vxorem sibi esse ducendam, quia promisit quæ nuptias eius appetit, se futurã esse Christianã. Qđ enim cuiq; ante antequã vouisset licebat: cum id se nunquam facturum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicut perpetua virginitas. Et post pauca interposita. Hæc ergo, & si quæ alia sunt, quæ rectissime vouentur, cum homines vouerint, nulla conditione rumpenda sunt, quę sine vlla conditione vouerunt. Quia & hoc dominum præcepisse intelligendũ est. Vo-

cõsentiens prędictis sentẽtia. Et quod obligati voto continentiæ, non possint nisi dãnabiliter aspirare ad nuptias.

Testes eius, Dionysius, Ignatius, Origenes, Hieronymus.

Augustinus.

uete & reddite domino Deo vestro. Vnde Apostolus de quibusdam qui continentiam vouent, & postea nubere volunt, quod eis anteq̃ vouissent vtiq; licebat. Habentes, inquit, damnationẽ, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Nihil igitur expedit, quod illicitum est, et nihil quod prohibet dominus, licitum est. Hactenus ille.

Basilius. Magnus ille Basilius, etiam horribili exẽplo atq; exitu Ananiæ & vxoris eius nos admonet, diligenter perseuerare in hijs quę Deo obtulimus ac vouimus. Nã cuiq; ab initio, inquit, quod vitæ genus cupiat, modo concessum, hoc inire ac optare licet, siue in matrimonio, siue cœlibem vitã agere. Quãdo vero, se Deo authorauit semel per vitæ continentiam, ac perpetuam castitatẽ, hoc detrectare non licet, nec aliter q̃ aliquod munus, aut hostiam Deo sacram, sese Deo custodire: ne sacrilegij nos dominus accuset, si dicatum ei corpus, rursus rebus profanis, et communis vitæ ministerio sordidauerimus.

Ambrosius. D. Ambrosio etiam iusta causa sacerdoti videtur, ob quam se martyrio exponat, vt contradicat ne virgo Deo sacrata tradatur nuptui.

Gregorius B. Gregorius, anathematis mucrone cõfodit eos, qui sibi copulant eiusmodi. Aduersus quos, etiam legum Im-*Iouiani lex.*perialiũ vigebat seueritas. Siquidẽ Iouianus vere Christianus religiosissimusq; Imperator legem tulit, per quã capitali sententiæ subiacerent, qui sacram virginẽ nuptiali thoro violare auderent.

At aduersarij nostri, magnum Deo obsequium se præstare videri volunt, si sanctimonialem abstractam è sancto vitę instituto prostituant, aut incæsta copula coniũgant sacerdoti aut monacho. Quorũ dux ille princepsq; Lutherus .s. euangelicæ sanctimoniæ puritatisq; assertor, nõ dubitat publice affirmare, eq; non esse arbitrij sui, se abstinere ab abusu et cõiunctione fœminę, q̃ nõ est ar-

bitrij sui, mas sit, an fœmina. Et forte vera de se prędicat, vt qui se totum iandudum mancipauit sathanæ: atq; illi organum atq; instrumentum per omnia obsequentissimum exhibet. Aduersus quem, etiam ethnicarũ mulierycularum & virginum multæ myriades consurgent in iudicio. Quem, qui aduersus euidentem diuinarum scripturarum authoritatem, & totius ab initio catholicæ ecclesię, orthodoxorum, sanctorum, doctissimorumq; patrũ nostrorum sententiam, hac in re sequi audent, quanti salutem suam faciant, nulli sanæ mentis obscurum est.

Philo.

Philo ille, in ipso nascentis Christianæ ecclesiæ exordio, institutum ac formam vitæ eorum describens, qui renunciatis quę huius mundi sunt omnibus, seipsos Deo proprie deuouerunt: Cum viris, inquit, quos diximus, sunt & fœminæ, in quibus plures iam grandęuæ sunt virgines, integritatem casti corporis, nõ necessitate aliqua, sed deuotione seruantes: dum sapientiæ studio semet gestiunt, non solum animo, sed & corpore consecrare. Et hoc vitæ institutum, eo tempore fuisse diffusum in vniuersas penè orbis regiones prædicat. Quod, vt vides, habebat, vt eius cultores, integritatem casti corporis, non coacti per necessitatem, sed sua sponte Deo deuouerent, & voto consecrarent.

Conclusio, de voto continentię.

Et hactenus de prima parte monasticæ, hoc est, contiñetia perpetua, quam sanctam, salutarem, Deo singulariter placentem, & rem votiuam esse, nec nobis impossibilem, cum Dei adiutorio parato omnibus, qui ipsum fideliter implorant. Quã q̃squis vouerit, nõ possit nisi dãnabiliter reuerti ad nuptias, quibus sibi ipsi spõtaneo voto iterdixit: satis ni fallor, superq; à nobis demõstratũ ẽ.

Ad rõnes aduersariorũ in contrarium.

Nullius proinde momenti est ratio aduersariorũ aduersus votum castitatis, in qua ponunt, velut per se notum, eandem esse impossibilem homini, & propterea rę

Falsum esse cõ

tinētiā, homini esse impossibilem.

votiuam non esse.

Cui cum addunt votum, obligatorium, voluntarium esse oportere: hoc est, sponte & consulto susceptum: non imus inficias, quod ad ipsum caput, & rei substantiam attinet. Proinde, siqui inuiti cogerentur se subdere instituto monastico, atq; ipsum etiam vocetenus profiteri, non teneri eo in confesso est. Sed qui sua illi sponte se subdidit, quāuis rei pondus, cum voueret, intime, quemadmodum post longo experimento doctus, non intellexerit, nec omnia quæ forte hoc genus vitæ secum trahit incōmoda: non licet illi, quod vouit, abijcere. Non intellexerant illę viduæ, de quibus Paulus, quando continentiæ perpetuæ se manciparent, in tantū se catullituras: attamen cum vouerent, intelligebant rei caput quam vouebant: & ob id fracti voti condemnātur ab eodem Apostolo. Non est vt speret quisq̃, citra tentationem consummare opus bonum, præsertim arduū. Quod si tentatis, mox liceret iugum proijcere, quod tandem meritum? Tētatio firmitatem nostram examinat: concedentē vero illi, condemnat: non probat, nō liberat. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nec quisq̃ coronatur, nisi qui legitime certauerit. Proinde, hac causa, maximā monachorum monacharumq; partem à voti obligatione pronunciare liberos, quasi non voluntarie, hoc est, nō satis consulto vouerint, est impudens calumnia: & cui palàm contradicit Apostolus. Et certe, qui pium votum, ob nonnulla quæ post votum experiuntur incommoda, deserunt: & abijcientes iugum cui vltro se subdiderunt, contrario illi iugo coniugij, quāuis falsi & incæsti, sese astringunt: non effugiunt incommoda, sed versuram faciunt: idq; grauiori fœnore: dum illas domesticas & assiduas, perpetuasq; curas vxoris & liberorum suscipiunt, pro satianda prurientis carnis libidine, quæ paulo

post ætate, etiam per se, deferuere inciperet. Qua ingrauescente, cũ illa abijt, manet perpetua, cui se submiserunt, ista seruitus. Incipit displicere thorus incæstus: præsertim, cum quãtumuis sibi persuadere quærant se coniunctos legitime: fieri non potest, quin reclamante constanter scriptura, ecclesia, & orthodoxis patribus omnibus, vt sanctissimis, ita & doctiss. contra stet ratio, & secrete ogganniat auri. Itaq; pro vna, eaq; breui, & per se, tempore desitura molestia, triplam suscipiũt, eamq; perpetuam. Prius, carnem tantum querulantem subinde sentiebant: nunc simul & carnem, & conscientiam: idq; sine fine & perpetuo. Carnis molestiam ab vxore, liberis, & victu habebunt eiusmodi, dicit Apostolus, etiam de his qui legitimo matrimonio in Christo cõiuncti sunt. Ad hæc, misera illos torquet conscientia: eo grauius, quo factũ interius inspexerint. Videas proinde inter illos, qui coniugium illud suum, q̃ cœlibatum, multo ferãt grauius. Quin & coniugij illius, non magna apud eos esse potest æstimatio: de quo, an coniugium sit, nemo tam certo sibi persuadere potest, quin dubitet ẽt quicquid dicat aliter. Hinc subit, fornicationem esse, post votum concumbere. In vno an pluribus, quid refert? Vt facile periurant, qui iurant in ligno aut lapide: quod certã diuinitatis opinionem, tametsi cum vulgo currant, ferè non habeant: & quomodo magni facerent fidem datam homini, qui initium fecerunt à Deo peierandi? Sed in hæc obiter.

Aeque nullius momẽti est altera rõ, qua assumitur: Votũ castitatis, aduersari diuino præcepto. huic nempe, quod dictũ est per apostolum, Vt propter fornicationẽ vnusquisq; suam vxorem habeat. Cũ certum sit, eodem ipso teste Apostolo, illud ipsum, dictum ab eodem secundum indulgentiam, non secundum imperium. Alioqui, optabat nos omnes esse continentes, sicut se. Nam si *Aeque falsum, eius votũ diuino præcepto aduersari,*

Nulli esse prę ceptū vitandę fornicationis causa nubere.

præcepisset Apostolus propter fornicationem vitandã nubere, quid est quod subdit cõsilium de virginibus innuptis, et viduis, ne contrahant, sed vitam cœlibẽ agant? Consulit, inquã, tanq̃ melius aliquod, q̃ si nuberent. Qui matrimonio, inquit, virginẽ suam iungit, bene facit: qui non iungit, melius facit. Audis bonum, audis & melius: Quid igitur? An virgines, & viduæ innuptæ non tenentur fornicationem vitare? Tenentur sane. An forte non sunt ex carne & sanguine, quæ stimulum carnis nunquã sentiũt? De talibus ipse non loquitur, qui optabat eas manere sicut se, quãuis etiam ipse supra modum vexaretur carnis stimulo. Non est ergo alicui præceptum, vitandæ fornicationis causa nubere: cum aliter possit cum diuinæ gratiæ adiutorio fornicationem vitare. Sed quia hoc arduum est, & excedit communem fragilitatem hominũ, ideo permissa est cuiq; nubendi licentia: qua qui spontaneo voto se priuarunt, illis non solum nubere, sed etiam velle nubere, dãnabile est, vt D. Augustini verbis dicã. stat enim ęternum illud fundamentum, Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt. Nã quod fidem, hic votum aut sponsionem intelligat Apostolus, ex verborum circunstantia tam est euidens, vt de eo, nemo vnq dubitauerit: tametsi aduersarij frustra quęrãt cauillationes & calumnias, quibus clarissimam hanc apostolicam sententiã adulterent. Loquitur enim de his viduis Apostolus, quæ eo tempore ad sanctorum ministerium & hospitalitatem ex cõmunibus ecclesiæ eleemosinis exercendam, quo & ipsę ex eisdem viuerẽt, eligebantur, vltro professę pudicitiã. Quãdo eiusmodi hoc erat officium, quod eis non congruebat cum coniugio, quod mariti et liberorum curam requirit: nec liberum sinit ministrare hospitibus, & in hoc esse totas. Ad quod cum nonnunquam admitterentur iuniores, quæ cũ luxuriari

cœpissent,

cœpissent, & pasci volupe ex Christi eleemosynis, quod ille, luxuriari in Christo dicit, carnis pruritum non ferẽtes, rursus nubere volebant: habentes, inquit, damnationem, ex eo quod hoc ipsum vel voluerunt. Quare? quia primam fidem, & continentiæ sponsionem, irritam fecerunt. Itaq; huic malo occurrere in futurum & prospicere cupiens Apostolus, Timotheo præcipit, vt nõ nisi bene probatas ante, easq; senes, & minimũ sexgenarias, ad hoc deligeret officij: Ne dubitare possis, non de illa catholica, sed de sponsionis fide loqui Apostolum.

Ad fornicationem proinde vitandam, & aduersus stimulos carnis, habent hij alia media & remedia, ad quæ tenentur cõfugere: ieiunia, cilicia, vigilias, cęterasq; corporis afflictiones, quibus domatur carnis petulantia: & super omnia, orationem fidelem, instantem, & assiduam, qua diuinum implorẽt auxilium: quod nulli deerit, quisquis hoc pacto ipsum quęsierit, atq; implorauerit. & stupendum sanè est, quod istiusmodi tam riduculis & futilibus argumentis, audent oppugnare tam claram lucem veritatis orthodoxæ & catholicæ. *Remedia aduersus fornicationẽ, ad quę confugere tenentur obligati continentię.*

Altera monasticæ pars, est, suorum omnium abdicatio, & paupertas ex voto spõtanea. quæ rerũ huius mundi omnium cõtemptum, pro fine respicit: vt toto animo ferãtur ad cœlestia. Quã Christus sectãtibus perfectionem proponit & suadet. Nã iuueni illi percontãti, quo facto sibi opus foret, vt adipisceretur salutẽ, cũ respondisset, vt seruaret mandata: affirmanti ad hæc, ea seruasse se ab adolescentia, nunc autem perfectiora quædam quærenti, demum respondit. Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quę habes & da pauperibus, & veni, sequere me. Quod facienti, repromittit non solum (quod cęteris mandatorũ Dei obseruatoribus) regni cœlestis participium: sed aliquid magnificentius prę cęteris: nempe, *De altera monasticæ parte, nempe, suorũ omniũ abdicatione.* *Vt eam Christus, perfectionẽ sectantibus proponat ac suadeat.*

etiam thesaurum in cœlo. Quemadmodum & Petro, pro se & apostolis subijcienti. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Respōdit Iesus: Amē dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Vides etiam hic, nō tantum repromitti regnum cœlorum, sed singularem aliquam prærogatiuam in regno cœlorum: in quo, cæteris sublimiorem gradum, & mansionem digniorem obtenturos affirmat. Neque enim vna eademq; in eodem erit omnibus conditio, vna mansio. Sed in regno, inquit, patris mei, mansiones multæ sunt. Adhuc autem adiungit prædictis. Et omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet: & vitam æternam possidebit. Hoc est ergo electum illud diuini verbi semen: quod vbi in terram bonā ceciderit, & imbre diuinæ gratiæ commadefactum radices firmas egerit, fructum centesimum facit. Neq; enim vniuersa diuini verbi semina, etiamsi in bonam terrā ceciderint, etiamsi superfuso cœlitus imbre, et solis illius radijs concocta radices egerint, sunt eiusmodi, vt fructum centesimum faciant. Sed aliud, inquit, centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. Hoc vero primi generis esse, quod fructum centesimum facit: hoc, inquam, relinquere vxorem & filios, non quos habet, sed quos posset habere, & semetipsum castrare deuotione perpetuæ castitatis: insuper, & patrem & matrē, & sorores & fratres, & vniuersa sua relinquere, vniq; Dei seruituti se perpetuo dicare ac tradere: Christus affirmat. Quæ ne quis ad apostolos tantum dicta pertinere crederet: Omnibus (vt Hilarij illius verbis dicā) qui vniuersa relique-

Semē fructus centesimi, omnium propter Christum abdicatio.

runt propter nomen eius, & sæculi contemptu ipsum sequuntur, centesimi fructus copiam pollicetur.

Falsissima proinde est, quam aduersarij hic comminiscuntur, distinctio: qua de ea tantum suorum omnium desertione loqui Christum volunt, quæ necessario fit, vi persecutionis tyrannicæ: eam vero quæ vltra à nobis, & absq; necessitate eiusmodi assumitur deuotione spontanea, non probari à Christo: quòd opera nostra, à nobis electa, sint cultus inutiles. Nam certum est, semen illud fructus centesimi, commendari quidem nobis, & proponi vt perfectius: non tamen, vt idipsum suscipiamus, centesimumq; omnes fructum producamus, à nobis exigi. Quando & cum sexagesimo, & trigesimo etiam fructu, pius dominus nos benigne excipit. Perfectiora enim illa, non sunt omniũ, nec exigũtur ab omnibus. Nec vllã illic persequutionis, aut violentiæ tyrãnicæ mentionẽ fecit Christus: sed iuueni se interroganti dixit, vt si vellet, non saluus, sed perfectus esse, iret & sua diuendita distribueret in pauperes: atq; ita expeditus nudusq;, nudũ sequeretur Christũ. Huius faciẽdi non datur copia, vrgente persequutione & vi tyrannica. Non licet tunc vendere sua pro suo arbitrio, & distribuere in pauperes: vt quæ fiscus, velut damnatorum bona sibi vendicat. Certum est præterea, Apostolos, nulla vi, aut necessitate eiusmodi, sed spontanea electione reliquisse sua omnia. Aeque certum est, eos qui Hierosolymis se adiunxerant illi instituto vitæ apostolicæ, vt diuenditis suis omnibus, eorum pretia ad pedes apostolorum ponerent: & nihil sui sibi reseruantes, vitæ communi cum cæteris se adiungerent, atque astringerent, nulla tyrannicæ persequutionis necessitate, sed spontaneæ deuotionis arbitrio, hoc ipsum fecisse eosdẽ. Aeque & hoc certũ est, quòd postq̃ hoc ipsum, vltro semel elegerant, & se suis

Falsa aduersariorũ sententia, qua, nõ de spõtanea deuotione assumpta, sed necessaria desertiõe suorum omnium, Christũ loqui intelligunt.

Ex ipsa ratiõe seminis centesimi.

Ex ipsis Christi verbis.

Ex Apostolorum facto.

Eorũ'q; quoq; qui instituto vitę cõis & apostolicę se adiũxerant.

Vt'q; ad spente abdicata se

mel reuerti, nisi damnabiliter, non poterant.

(quo Deo gratiores viciniores'q; fierent) semel abdicauerant, non potuisse ipsos, nisi damnabiliter, reuerti ad propria, & sponte suscepti iam instituti pœnitere.

Ex verbis Petri ad Ananiã perurgentur aduersarij.

Vtrunq; horum demonstrant, & Petri ad Ananiã atq; eius vxorem Saphiram verba, & terribilis eorundem exitus. Cur, inquit, tentauit sathanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Non'ne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

Quid obsecro hic dicturi sunt aduersarij? An nõ deseruisse sua, qui tunc Hierosolymæ vitam sectabantur apostolicam? Deseruisse certe Lucas testis est, qui affirmat neminem eorum sibi quicq̃ seruasse proprium, sed omnia illis fuisse cõmunia. Quotquot enim, inquit, possessores erant agrorum, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur enim singulis (quemadmodũ in eiusmodi vita communi fit) prout cuiq; opus erat. Quid igitur? Nunquid vrgentis persequutiõis necessitate ex præcepto, ne videlicet negarent Christum, hoc ipsum fecerant? Nec dum vllam cœpisse persequutionẽ, ex Lucæ historia, æque certũ est. Quæ si viguisset, locus non fuisset formæ vitæ communis eiusmodi. Sed quod spontaneæ eorum electionis deuotiõis'q; hoc ipsum fuerat, etiã Petri verba clarissime demonstrant. Non'ne, inquit, manens tibi manebat: & venundatum in tua erat potestate? Vides liberi eorum fuisse arbitrij, vt illi se vitæ communis instituto adiungerent, & renũciarent proprijs. Quid igitur? Nunquid istiusmodi renunciationem non probauit Christus? Certe, probasse, & postq̃ spontaneæ electionis voto facta esset, eam iam vt necessariam exegisse Dei spiritum, idem Apostolorum coryphæus affirmat,

dicens, illos mentitos spiritui sancto: non hominibus, in quorum communis vitæ institutum, ac societatem se tradiderunt, sed Deo, qui obliti sui voti retro respicerent. Et quod, non humano, sed diuino hoc ipsum sensu affirmauerit, sequuta testatur in præuaricatores eosdem diuina vltio. Cur, inquit, tentauit sathanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Non es mētitus hominibus, sed Deo. Ille est, qui à nobis voti fidem exigit. Quam datā homini, si non licet fallere, Deo mentiri licebit?

Sed quantò sit grauius, Deo, quàm homini non præstare quod promiseris, vt diuinam illam vltionem taceā, etiam ipsa illa testatur apostolica comparatio. Non es, inquit, mentitus hominibus, sed Deo. Hominibus mentiri, non leue peccatum est, Deo autem mentiri, est grauissimum. Etiam in eo mentiri, quo tuis omnibus, voto spontaneo te abdicasti, mundo renunciasti, & post nudum Christum, etiam voluntariæ paupertatis crucē ferre, temetipsum astrinxisti.

Quanto sit grauius, Deo, q̄ homini, non præstare quod promiseris.

Sancta proinde est, apostolico, Christi, & spūs sancti testimonio, & Deo gratissima, & cui centesimi fructus copiam mercedemq; repromisit Christus, bonorū omnium huius mundi, spontanea deuotione propter ipsum facta renunciatio.

Concluditur ex apostolico, Christi, et spiritus s. testimonio, Deo gratissima, suorū spontanea abdicaio.

Quod ipsum etiamsi aliunde nō pateret, q̄ ex communi totius ab initio Christianæ (quem paulo post demonstrabimus) sensu & consensu ecclesiæ, stupēdæ profecto cæcitatis, & excæcatæ nimis arrogātiæ foret, suum quē contra sensum, etiam ex quacūq;, quæ sibi videretur, scripturarum aut rationum euidentia è regione statuere. Cū illam, columnam esse, firmamentumq; veritatis, dubitare possit nemo, qui credit Apostolo: Cuius, & nos, illā ipsam communem sententiam, rectæ germanæq; diuinarum scripturarum intelligentiæ certam esse regulam, &

Cui cū subscribat cōsensus totius ab initio catholicæ ecclesiæ, facile intelligi, qualis habēda sit aduersariorum contraria assertio.

supra, & alibi, copiosius demonstrauimus. Vt sicut illi credimus, quæ scripturæ sint diuinæ & authoritatis canonicæ; ita illi credamus, eam esse veram germanamq; earundem intelligentiam, quam eadem tanto cõsensu, & constantia sequitur, & ab initio sequuta est.

Quis ergo aduersarios feret, quos nihil pudet, clarissimis diuinis scripturis, Christo, euangelio, apostolis, sanctis omnibus, & catholicæ ecclesiæ, quam diximus, communi ab initio euidenti sententiæ, euidenter in idem consentientibus, audacissime repugnare: & insani capitis sui, ridicula, delira, nudaq; insomnia, nec tecta quidem vllis diuinorum eloquiorum inuolucris & vmbraculis ex aduerso statuere?

Nota obsecro. Qua ratione, dictam impugnent s(ente)n(t)iam.

Desertio, inquiunt, facultatum, nec præceptum habet, nec consilium in scripturis: Probatur: quia euangelica paupertas, non est desertio rerum: sed non esse auarum, non confidere in opibus. Huius insuper si demonstrationem quæras, nihil inuenis, quàm αὐτὸς ἔφα.

Sed aliter Christus, qui illam ipsam, vt demonstrauimus, velut semen centesimi fructus, commendauit ac proposuit hijs qui ad perfectionem tēderēt. Aliter Apostoli, qui ingenti numero fideles, sua doctrina ac exemplo, & Hierosolymæ & alibi, ad desertionem eiusmodi induxerunt. Quorum ille Philo, illo ipso tempore viuēdi formam & institutum describit, libello, de vita contemplatiua supplicum: quod videlicet cœlestium cōtemplationi essent dediti, & assiduis orationibus insisterent: vt libri titulum interpretatur D. Hieronymus. Libet autem ex illo nonnulla, ad catholicæ veritatis confirmationem ascribere.

Forma vitæ terapeutarum apostolicis tēporibus, Philone authore.

Abdicatio proprietatis suorũ omniũ.

Terapeutæ, inquit, hoc est, cultores aut cultrices (ita appellabantur à diuino cultu cui se deuouerant ac mancipauerant) primum renũciant cunctis facultatibus suis: &

qui se ad huiusmodi philosophiam dedunt, bonis suis ad aliorum vtilitatem, in quorum re est, cedunt. Omnes vitæ solicitudines procul abijcientes, extra vrbes in agellis vitam ducunt: dissimilis vitæ consortia deuitant: rati hoc ipsum, arduū illud virtutis iter scandentibus, impedimento esse. Et in multis orbis regionibus id genus hominū reperitur. Oportebat nanq; huius perfecti boni, omnem Græciam, omnēq; Barbariem participes fieri. In Aegypto tamen maior horum est copia, per singula queq; territoria: præcipue autem circa Alexandriam. Nam optimus quisq; ex omnibus locis, velut ad vberis patriæ glebam festinus accurrit colonus. Est autem in singulis locis, consecrata orationi domus, quam Σεμνεῖον appellant. quod nos honestorū concionē dicere possumus. In qua secedētes, inquit, honestę et castę vitę mysteria celebrāt: nihil illuc prorsus, quod ad cibū potūq; pertinet, inferentes, vel ad reliqua humani corporis ministeria: sed legis tantum libros, & volumina prophetarum, hymnosq; in Deū, cæteraq; hijs similia. In quorū disciplinis atq; exercitijs instituti, ad perfectam beatāq; vitam, studijs iugibus coalescunt. Et post pleraq;. Ab ortu aūt diei, vsq; ad vesperam, omne eis spatium, studiorum exercitijs ducitur, quibus ad diuinam philosophiā per sacras literas imbuūtur: patrum leges in allegoricam intelligentiam deducētes. Quoniam quidem formas & imagines esse, ea quę in legis litera scripta sunt, opinantur latentis intrinsecus profundi cuiusdam, diuiniq; mysterij. Habent autem, etiam disputationes quasdam, & interpretationes veterum virorum: qui & authores ipsius instituti aut sectæ extiterunt (euangelicos & apostolicos libros eum intelligere est per se euidens, & Eusebius Cæsarien. diligenter annotat) quos eis allegoricæ ac figuralis intelligentiæ normam, quamplurimis scriptorum suorum

Vita monastica à segregata à populo.

Quāta frequentia sectatorum instituti istiusmodi, per orbē vniuersum.

Orationis locus cōmunis.

Diuinarū scripturarū, quibus libris vtebantur.

constat tradidisse monumentis. Quorum illi, velut itineris sui ducum, & authorum, instituta pariter sequuntur, & morem. & post pauca. Itaq; nō solum subtilius intelligunt hymnos veterū, sed & ipsi faciunt nouos in Deū, omnibus eos & metris & sonis, honesta satis & suaui compagi modulantes, &c. Continentiā vero, velut fundamentum quoddam, primo in animo collocant, & ita demum reliquas super hanc pergunt ædificare virtutes. Cibum potumq; nullus eorum capit ante solis occasum. videlicet tempus lucis cum philosophiæ studijs, curam vero corporis cum nocte sociantes. Nonnulli aūt, etiam post triduum in communionem cibi veniunt, quos scilicet edacior studiorum fames perurget. Iam vero hij qui in eruditionibus sapientiæ, & in profundiori intelligentia sacrorum voluminum conuersantur, tanq̄ copiosis dapibus inhiantes expleri nequeunt: & contuendo, acrius inflammantur, ita vt nec quarto iam, nec quinto, sed sexto demum die, non tam desyderatum, quàm necessariū corpori cibum indulgeant. &c. Cum viris autem, quos dicimus, sunt & fœminæ. in quibus plures iam grandęuę sunt virgines, integritatem casti corporis, non necessitate aliqua, sed deuotione seruantes, diuinæ sapientiæ studio semet gestiunt, non solum animo, sed & corpore cōsecrare. Indignum ducentes libidini mancipare vas, ad capiendam sapientiam dedicatum: & edere mortalem partum, eas, à quibus diuini verbi concubitus sacrosanctus atque immortalis expetitur: ex quo posteritas relinquatur, nequaquā corruptelæ mortalitatis obnoxia. Et post aliquāta. Tractatus autem sacrorum voluminum huiusmodi habent, vt magis sententijs allegoricis vtantur. Quandoquidē, omnis lex, istis videtur animali esse similis: quod corpus quidem habeat, ipsam literā, & ea quæ secundum literam designantur: animam vero, occultam in litera,

Continentia.

Ieiuniū quotidianum.

Castitatis votum.

In lege spiritalis intelligentia.

in littera, spiritualem & inuisibilem sensum. Quē illi ab authoribus suis edocti, sublimius & nobilius, velut inspicientes per speculum, contemplantur: ex ipsis etiam nominibus, admirandas quasdam species intelligentiæ proferentes. Addit de eisdem. Vt seorsim quidem viri, seorsim etiam fœminæ, in ijsdem locis congregētur. Et vt vigilias peragant, psalmodiæ & orationi vacantes (quemadmodum, inquit Eusebius, apud nos fieri moris est: & maxime diebus illis, cum passionis dominicæ solennitas celebratur: cū ieiunijs pernoctare, & lectionibus sanctis auditū præbere consueuimus) vtq; vnus ex omnibus cōsurgens in medio, psalmum honestis modulis cōcinat, et vt præcinenti ei vnum versiculum, omnis multitudo respondeat. De victu vero affirmat, neminem eorum vinū nec gustu quidem contingere, sed nec quemlibet carnē: tantum autem, aquam esse eis potum, et panem cum sale vel hyssopo, cibum. Describit pręterea quemadmodum & sacerdotes & diaconi aut ministri, sua inter illos officia exhibeant: vtq; his omnibus, episcopalis apicis sedes superemineat. Hæc ille Philo Hebræorum doctissimus, illis ipsis temporibus apostolorum (Siquidem sub CLAVDIO Romam venisse, & Petri prædicantis colloquijs adhæsisse, memoriæ proditum est) Iudæus quidem, & qui Christo (quod equidem constet) nomen non dederat: tamen apostolicorum virorum, & instituti sanctissimæ vitæ eorū admirator, in laudem eorundem, quasi in suam gentem redundante hac gloria, eloquentiæ suæ monumentis illud ipsum commendauit posteris: Siquidem ille Eusebius author est, Marcum à beatissimo Petro missum in Aegyptum, apud Alexandriam primum Christo constituisse ecclesiam. Et quod apostoli apud Hierosolymam, etiam ipsum per Aegyptum, & apud Alexādriam, plantasse illius vitæ commu

Vigiliarū psalmodiæ, et orationum modus quis?

Quis victus?

Vt habuerint omnes intra se gradus ecclesiastici ordinis.

Philo ille qui?

Marcus instituti vitæ illius, per Aegyptū, plantator.

nis, Dei cultui ac seruitijs prorsus deditorum ac deuoto-rum, sanctam plantationem. Quemadmodum & cæteros per orbem Apostolos fecisse, nihil dubitandum est. A quibus, successione continua, sed non paris sanctitatis, venit ad nos. Quę, quòd nunc degenerat, vt vniuersa religio, non instituti (quod sanctissimum esse, & ab ipsis apostolis, authore Christo, & doctore spiritu sancto cœpisse et traxisse originem, nihil dubitandum est) sed hominũ culpa est. Quæ facit, vt in omni vitæ instituto, in ipsa denique Christiana religione, in ipso Christianismo, inueniantur & errores, & abusus grauissimi. Reformandum proinde, quantum eius licebat aut fieri poterat, per eos, quorum hoc incumbit officio, ad normam illã pristinã fuerat. At abrogandũ per aduersarios nõ fuerat: nec persuadendum hominibus, ipsum esse inutile, pernitiosum, Christi Euangelio contrariũ. & proinde non teneri eo, qui illi sese mancipassent, ac deuouissent Deo, sed libere posse abijci.

Et cęteri, per orbem Apostoli.

Cuius cum formam vniuersam, vt ab ipsis Apostolis cœpit, nemo luculentius, maiori fide, authoritateq́ʒ, ipso Philone, libro memorato expressit, (qui ante annos duodecies, tredecies, & eo amplius centenos, à sanctis patribus, vt ex D. Hieronymo, & illo Cæsariensi Eusebio facile videre est, indubiæ veritatis testimoniũ habuit) non piguit eã ipsam, eius verbis hic adscribere aliquãto prolixius: quo aduersarios nostros ĩpiæ cæcitatis, et cæcæ ĩpietatis atq́ʒ impudentiæ suæ aliquãdo pudere incipiat. Vides enim etiam illo ipso tempore, illorum Deo mãcipatorum institutum habuisse: In primis, renunciationẽ abdicationemq́ʒ suorum omnium: Deinde, & continentiã perpetuam, ex vltronea deuotione facta, qua illi seipsos, sponte sua consecrauerunt. Quòd autem ijdem illi, etiam obedientiæ illorum qui in congregatione & vita con-

Quanti sit dictũ Philonis testimonium, de forma vitæ Terapeutarũ, apostolicis illis tẽporibus.

Vt illud vitæ institutũ in se complectebatur, vniuersam professionem monastic ę.

muni eiusmodi ipsis præerant, sese subiecerant: necessario requirit vitæ illius communis ratio. quæ sine ordine et varijs ministeriorū gradibus atque officijs, et in hijs p̄cipiendi authoritate, in hijs obediendi necessitate, nec ad momentū subsistere posse, per se est euidens & notoriū.

Sed ne dicti Philonis testimonium, quanticunq;, immo maximi sit pōderis, & à sanctissimis illis patribus nostris, & testibus irrefragabilibus, certū veritatis testimonium acceperit, velut singulare ex illo sæculo primonascentis ecclesiæ, repudiari ab aduersarijs possit, & in dubium eius reuocari authoritas, adiūgemus eidem, eiusdē temporis, ex nostris, testem alterum, illum Dionysium, beatiss. Pauli discipulum: qui etiam formam ritumq; cōsecrationis professionisq; monasticæ, qualis, ab apostolis institutus, tunc obseruabatur per ecclesiā, describit ca. vi. hierarchiæ ecclesiasticæ.

Ex eodem sæculo, eiusdem instituti testis alter, Dionysius b. Pauli discipulus.

Porro, inquit, purgandorum omnium excelsior & sublimior est ordo. Monachorum sacra dispositio, aut sancta distinctio. Expiatiōe omni, tota virtute, atq; exactissima suorum operationum castitate mundata, &c. Inde diuini duces nostri, appellationibus eos sacris dignati sunt: partim Terapeutas, id est, cultores, à syncero Dei famulatu & cultu: partim monachos, ab indiuidua & singulari vita vni Deo intēta, appellantes: tanq̄ quæ sanctis complicationibus, aut conuolutionibus inseparabilium (ita vocat spiritualia, perpetuaq; bona, quæ verę sunt hominis diuitiæ, nec inuitis auferri possunt) illos ipsos in diuinam & Deo gratam vnitatem promoueat. Quapropter, et perficientem eis donauit gratiam, diuina sanctio: & quadā eos consecratiua, inuocatione dignata est. &c.

Cur dicti eius vitę sectatores Terapeutę, & Monachi.

Deinde eam ipsam consecratiuæ illius inuocationis, simul & monasticæ professionis, qualis tunc erat, formā ritusq; describens.

Ritus & forma consecra-

tionis, profitentium monastices, institutus ab ipsis Apostolis.

Stat quidem, inquit, sacerdos ante sacrum altare, monasticam imprecationem psallens. Ille autẽ post sacerdotem astat, non vtrunq; ponens genu, non alterum, nõ habens imposita sacra eloquia capiti: verum sacerdoti tãtũ astans, mysticam super illum inuocationem prosequẽti. Qua finita, sacerdos ad eum accedens, interrogat primũ, an renunciet diuisibilibus (hoc est, perituris, & quæ in aliam nos vitam non comitabuntur) omnibus: nõ solum conuersatione, sed etiam phantasijs eorundem. (hoc est, non solum ab illis re ipsa separari consentiens, sed etiam, amore, et affectu, nec retro ad illa quibus renunciauit, respicere.) Deinde, perfectissimam ei vitam exponit, Illud aperte contestans, oportere illum, medio, lõge antecedere. Vbi vero ille hæc omnia intente promiserit, cõsignãs eum signo crucis sacerdos tondet, trinas diuinæ beatitudinis personas inclamãs, exutumq; veste omni, aliã induit. Et cum sanctis alijs qui ipsum astant, viris, ipsum salutãs, diuinorum mysteriorum participem facit. Quorum sacrorum rituum idem ipse Dionysius mysteria significationesq; deinceps explicat.

Hęc notent aduersarij.

Vt etiam tunc voto renunciauerint, diuisibilibus oĩbus, & vitæ perfectioris institutũ seruare promiserint.

Renũciatio diuisibilium, q̃d importet.

Hæc audiant & perpendant omnis religionis & vitæ sanctioris hostes, qualis ab ipso Christianæ ecclesiæ initio, monasticæ consecrationis, professionisq; forma, ab ipsis diuinis ducibus nostris, Christi apostolis instituta fuerit. In qua videtis, voto se obstrinxisse Monachos ad renunciationem diuisibilium omnium, & ad vitæ perfectioris sectandum institutum. Vbi, inquit, hæc omnia intente promiserit. Porro, renunciatio illa diuisibiliũ nomine, omnia huius mundi caduca, perituraq;, et à quibus in morte necessario separamur ac diuidimur, cõplectit: quibus vniuersis renunciabant. hoc est, patri, matri, fratribus & sororibus, vxori denique, & liberis, non quos hẽbant, sed quos potuissent habere: videlicet, semetipsos

castrantes & eunuchos facientes propter regnum cœlorum. Videtis etiam tunc à sanctis Apostolis appellatos terapeutas, hoc est cultores, atq; etiam monachos. Nec minus, capitis rasura, & vestimentorum habitu discriminatos à Christianis reliquis. Supra quorum (quam omnes in baptismo fecimus) professionem, quantum eorum superaddiderit professio, hijs duobus irrefragabilibus testibus ex illo ipso apostolorum sęculo, Philone inquã, & Dionysio, iam euidẽs factum est. Ab ipsis itaq; , vt audisti, apostolis, monasticæ vitæ institutum continua successionis serie ad nos vsq; pertractum, etiam D. Hieronymi. Ambrosii, Basilii, Nazianzeni, Augustini, Chrysostomi, Martini temporibus, toto orbe fuisse celebre: & eisdem votis, quibus nunc, & à principio, etiã tũc fuisse astrictos monachos, nempe, perfectæ renunciationis mũdi, ac diuisibilium (vt Dionysius loquitur) omnium: quæ & voluntariam paupertatem, & continentiam perpetuam complectitur, eorum scripta demonstrant. immo, quòd illi ipsi ferè omnes, eiusdem instituti sectatores fuerint. Quorum Hieronymus, quod ipse eius vitæ institutum, quam formã & regulam, in vasta illa Orientis solitudine, arctioris illius Christi militię tyro factus, cum ijsdem sanctissimis monachis quadriennium cõuersatus, didicerat: deinde apud Bethleem, eidem se voto astringens, etiam alios docuit: & sanctam vtriusq; sexus societatem Christo congregauit. Idem fecerunt Martinus in Gallijs, Basilius in Oriente & Septentrione, Augustinus in Africa: ab vtroque horum, conscripta etiam suis, certa viuendi regula: quam sequuti, commodius ac facilius finem monasticæ, quæ est mentis puritas, ac sanctimonia, in ea quam profitebantur, mundi & diuisibiliũ omnium renunciatione, inoffensoq; pede attingerẽt: habita perpensaq; & locorum ratiõe & temporũ. Quorũ.

Vt etiã tũc appellati Monachi, et terapeutę.

Vt capitis etiã rasura & vestimentorũ habitu discriminati à Christianis cęteris.

Eiusdẽ instituti sectatores non authores, Hieronymus ĩ Bethleem.

Martinus per Gallias.

Basilius per Orientem & Septentrionẽ.

Augustinus per Africã.

Illius regulã, vniuersi penè per Orientẽ, sequũtur monachi. Huius vero, pars magna per Occidẽtẽ monachorũ.

Tametsi temporis successu collabescente post disciplina monasticæ, Benedictus in Italia, & aliquot post seculis Bernardus in Gallijs, eandem resuscitare conati sunt: Idem fecerunt post hos etiam Franciscus, & Dominicus: fecit & ille Bruno Carthusianorũ pater, & alij nõnulli. Quorum regulas ac viuẽdi formulas, vt vtiles, sanctas, conducentesq; ad finem professionis monasticæ, approbauit sedes apostolica. quæ, & si diuersæ videantur, vt etiam diuersa diuersis magis congruunt, ordinãte hoc ita diuino spiritu, quò quisq; inueniret aliquã sanctioris illius vitæ formam, quæ suo cõgrueret ingenio: in eo tamen, quod substantiale est professionis monasticæ, oẽs conueniũt, Qui nihilominus ipsi, seu Basilius, seu Augustinus, Benedictus, & cæteri, professores sunt, nõ authores monasticæ: quæ alium q̃ Christum authorem non agnoscit, & eius spiritum: in quem, non in Basilium, Augustinum, aut Benedictum peccant, qui suę professionis aut præuaricatores, aut desertores sunt. Illius se cultui deuouerunt, non hominis. Christus atq; eius spiritus is est qui consulit, qui hortatur, qui inuitat, & velut agonothetes quidam, præpositis pręmijs, generosos spiritus ad perfectum mundi contemptum, & omnium transitoriorum renunciationem excitat: quo vnum ipsum meditemur, vnum sequamur, perq; eius ingredi contendamus vestigia. Ipse sponsus est: Basilius, Augustinus, Benedictus, amici sponsi sunt: Illi, non sibi, suos congregant, & perfectius præ vulgo Christianorum coniungere satagunt. Quid igitur? Hij ne omnes, qui propter regnum cœlorum se castrauerunt ab initio, Moloch coluerunt: vt impudentissime blasphemant aduersarij? Quàm sit ergo falsa, & quàm impudens aduersariorum assertio,

Benedictus, Bernardus, Franciscus, Dominicus, Bruno,

Scriptę ab illis certę viuendi formulę, q̃uis diuersę, tamẽ consentientes in substantia professiõis monasticæ.

Monasticen, vnũ Christum authorẽ agnoscere, atq; eius spũm: in quẽ, peccat, qui suę professiõis desertor est.

Ex præmissis patere q̃ sit im

qua nuper natam professionem monasticæ affirmãt: nec fuisse D. Augustini, aut Hieronymi tẽporibus, sed esse meram traditionem humanam, immo pharizaicam, verum Iudaismum, et frigidas cæremonias, ex hijs opinor qlibet ipsa luce clarius, ipsa certitudine certius intelligit.

pudens assertio, quæ Monasticen, quasi nuper natam profert.

Sed inuenit vbiq; impietas, quæ vbiq; q̃rit, scandala: inuenit inq̃ vbiq; aliquid, quo suã ĩpietatẽ cõfirmet. Habebat primitiua illa ecclesia, in totum orbẽ dispersa, per vastas eremorum solitudines, gregatim habitantia monachorum agmina: non, vt nunc, conclusa communibus muris & septis, sed diuisim habitantia: ita tamen, vt eiusdem sodalitij, esset societas & cõmunio, sub vno aliquo patre aut abbate, & præfectis ac magistris, qui in spirituali illo exercitio tyronibus præerant: qui & statis ad diuinarum lectionum & psalmodiarum frequẽtationem, & diuinorum mysteriorum participationem, conueniebant temporibus, in suis illis, spirituali exercitio & orationi dicatis domibus. & permittebatur cuiq;, etiam sine obligatione & voto, se illis adiungere, & manere institutionis causa q̃diu liberet, atque etiam recedere. Qui autẽ eiusmodi iam se instituto obligauerant: non se obligarant, eodẽ illo in loco, eodemq; sodalitio consistere perpetuo: sed licitum illis erat, cum patris petita licentia, se conferre ad aliud aliquod eiusdem professionis atque instituti sodalitium, si quod existimarent suo instituto magis cõgruere. Id quod sæpe fecisse illos legimus. Ex quo imaginantur isti, liberam tunc, hoc est, absq; votis, fuisse monasticen: & inter monasteria & pædagogia ab initio interfuisse nihil. quod plane est à veritate, vt demonstrauimus, alienissimum. Post, etiam septis certis includi eos cœptum est: & vt distinctæ præscriptæq; apud diuersos receptæ erant viuẽdi formulæ, q̃uis ad vnum finem monasticæ tendentes, etiam & hoc receptum est, vt certo,

Quid ĩponat aduersarijs.

Quæ, ab illa primæua, mutata reperiatur libertas monastica.

cui placeret, quisque, sodalitio se etiam astringeret: & ad præscriptam, quæ apud eos erat, viuendi formulã. Hæc vna, mutata reperitur ab illa priori, libertas monasticæ: cuius tamen, tunc, q̃ nũc, infinito penè erat vita rigidior, & qualem horum temporum mores non reciperent.

Sed detrahit, inquiunt, euangelicę libertati professio monastica: vt quæ votis in baptismo emissis à nobis, alia insuper superaddere nititur.

Quã ridicule calumnientur aduersarij monasticen detrahere libertati euangelicæ.

Mira profecto stupendaq; est istorum hominum cæcitas. Quasi vota, non sint obligationes spontaneę, ad ea, ad quæ communi lege nõ obligantur omnes homines, & q̃ alioqui, sine Dei offensa potuissemus omittere. Nõ obligabãtur cęteri Iudęi, ad ea, ad q̃ Nazaręi, qui spãli se voto ac deuotione consecrauerant domino. Nec Christianorum vulgus, ex Christi lege obligatur, suis omnibus diuenditis, & in pauperes distributis, sine proprio et in paupertate viuere. Attamen Ananias cum Sappira, postquã se illi instituto (quod hoc requirebat) vitæ apostolicæ vltro dediderant ac deuouerant, damnationis sententiam reportauerunt, quòd partem suorum sibi reseruare conati sunt. Dicitur proinde in Deuteronomio. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris: quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut pmisisti coràm Deo tuo, & propria voluntate & ore loquutus es. Et ad Ananiam Petrus. Non'ne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? hoc est, in tuo erat arbitrio renunciare tuis, atq; ea in commune conferre, aut non renunciare.

Quòd autem hoc ipsum affirmant aduersari libertati euangelicæ, sui perpetuo sunt similes: & demonstrant se non admodum intelligere, quid, aut de quo loquantur.

Est libertas euangelica, eadẽ quæ libertas spiritus, libertati carnis opposita aut contraria. & hæc sibi inuicem

aduersantur

aduersantur in nobis: caro inquã, & spiritus, hoc ipsum affirmante Apostolo: quia caro cõcupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem: & in diuersum ab his attrahitur in medio posita anima. vt supra non semel explicauimus. Carnis affectus sunt, quibus infra nos deijcimur, cum illis permittimus habenas & gubernacula: & ad omne vitium sollicitamur & attrahimur. Spiritus vero, velut cœlo ducẽs originem, ĩde nos abstrahit: illo autem reuocat. Horum, quantũ vnum deprimitur infirmaturq́;, tãtum roborari alterum certum est, vt robusta dominanteq́; carne, et desyderijs concupiscentijsq́; eius vniuersum imperium obtinentibus in regno hominis, seruitute oppressum in angustum coartari, peccatorumq́; velut vinculis cathenatum iacere spiritum: ita vt vix persentiatur conatus eius inualidus. contra vero dñante hoc, & obtinente imperium: antogonistam eius, illam carnẽ peccati, conteri, subiugari, opprimi, atque adeo mortificari. Quod quo hic facit diligentius, vehementius & instãtius, tanto euadit potentior, & absolutius imperium assequitur. Quod charitatis regnum est, & mentis puritas.

Nũc vide, vtrius horũ libertati, & vtrius seruituti, oppressioni, mortificationiq́;, monastice seruiat. Mihi sanè videtur vel cœco id esse perspicuum. Carnis libertati, regno, ac desyderijs, mundi huius voluptates ancillantur: eam fouent, nutriunt, efferam indomitamq́; reddũt. Per monasticen vero, quis, omnibus quæ huius mundi sunt, prorsus renũciat: sibi, etiam permissis voluptatibus interdicit, et seipsum castrat propter regnum cœlorum: tota, in mortificãda carne est, quò vigeat liber spiritus. Eò nã que tendũt vniuersæ, etiam corporales exercitationes vitæ monasticæ, in ieiunijs, vigilijs, statis psallẽdi orãdiq́; tẽporibus, victus vestitusq́; asperitate, lectione, doctrina, manuum labore, & honesta quauis occupatione alia,

Eodem quoq; spectat vita communis, à sæcularibus discreta, & loco, et habitu: ut vbiq; excludatur carnis illa libertas, viteturq; peccati occasio. Sed aduersarij nostri, scilicet, spirituales homines, euangelij libertatem imaginantur consistere, in quiduis faciendi aut nõ faciẽdi licẽtia: hoc est, nulla lege aut obligatione astringi ad hoc aut illud, sed exlegem viuere. Quæ libertas, quia carnis libertati subscribit & amica est, necesse est vt aduersetur libertati spiritus, quę vere est libertas euangelica. Proinde, vt illa restringeretur, diuini spũs consilio per sanctos Apostolos, apostolicosq; viros introductum est institutum illud vitæ monasticæ, aut terapeutarum: quemadmodũ paulo ante demonstrauimus.

Cauilli retorsio. Sed votũ, ĩquiũt, baptismi: libertatis ẽ, ꝑ qđ, cũ Christo, oĩum et creaturarũ, & tẽporũ, & locorũ efficimur domini. Cui aduersari volũt, vt quis se seruituti astringat.

Si baptismi voto, libertati Christianæ asserimur: liberum ergo per id nobis erit etiam vouere, & cui placet instituto vitæ addicere, quod ad salutẽ nobis existimamus conducere. Quod vbi fecimus, ex eodem iam baptismi voto, quod Deo atq; eius mãdatis nos subijcit & astringit, cogimur suo quisq; voto satisfacer̃. Seruitutis fons, est coactio: libertatis vero, propensio volũtaria. Vouẽt filij, quia filij, et quò persistent filij, & patri famulentur expeditius ac gratius: non vt per votũ fiant filij. Vnde Christianæ libertatis, non seruitutis, votum esse cognoscitur.

Alterius cauilli remotio. Sed adhuc inquiunt, nullum vitæ genus nobis pręscriptum à Christo: sed solam charitatem, pro suo, & nouo præcepto, exegisse à nobis. Charitatem autẽ liberam esse oportere, vt seruiat cuicunq; velit Deus: Hoc fieri nõ posse, vbi certo loco et vitę instituto te addixeris. Non licere igitur certo se loco et statui addicere: quod hoc sit, charitatem, quæ libera esse debeat, alligare. Sed ma

se distinguunt hij charitatis officia: quæ primo Deum, secundo autem loco proximum respicit. Dei charitas à nobis exigit, vt omni studio ĩ hoc simus, quo mortificato in nobis veteri Adam, ad eius nos componamus imaginẽ: ab eius nutu ac vultu prorsus pendeamus: vt vitæ sanctimonia, puritate, atq; omni obedientiæ studio nos demõstremus eius legitimos esse et germanos filios. Huius esse nobis debet cura prima ac præcipua: vt in quo animæ nostræ vita & salus cõstat præcipue. Prior mihi mea salus esse debet q̃ proximi. Quid enim prodest homini si vniuersum mundũ lucretur, animę vero suæ detrimentũ patiatur? In hoc charitatis officio qui totus est, nec specialiter astrictus aut vocatus ad certum vllum officium quo proximis seruiat, suam ipsius salutem agens cum omni modestia, & proximis quibus cum degit (pauci illi sint, an multi nihil refert) faciens quod exigit fraternæ charitatis officium, non est cẽsendus deesse charitatis officio. Cuiusmodi vitæ institutum sectabantur & illi, quos ad Hebręos Apostolus vt digniores effert quàm quos mũdus caperet: errantes in montibus, in speluncis & desertis agentes. Sic & pijssimos quosque mundum pertęsos aut fugientes secessisse, quò Christianæ professioni responsum facerent, indubitatũ est. Quorum institutũ & exẽplũ ęmulantur sectatores monasticæ: nec per hoc minus, sed perfectius satisfaciunt charitatis officio, q̃ si nõdũ erga Deũ tales quales exigit eius charitas, neglecta salute propria, se totos impenderent officijs in proximos.

Charitati, vt non aduersentur, sed subseruiant vota monastica.

Dei charitas q̃ à nobis exigat

Quod institutum, cum infamare pergunt aduersarij ex vita haud admodum monastica monachorum quàm plurimorum, eadem sanè ratione ipsi derogare Christianismo possent, atque etiam Euangelio: quòd maxima Christianorum pars, parum viuat christiane et euangelice. Sed nõ sunt hæc instituti, professionis, aut doctrinæ:

Alterius, ad huc cauilli retorsio.

ſed hominum vitia, aliter viuentiũ q̃ profeſſi ſunt. Quemadmodum, et ſi quæ ſuperſtitiones in ſanctiſſimum vitæ inſtitutum irrepſerint, aut vouentium animos occupauerint. In quibus pugnandum eſt aduerſus vitia, at non interimenda rei ſubſtantia.

Et hijs mihi præſens controuerſia ſatis explicata videtur: vt nihil vereamur cuiuſuis æqui boniq; ſubire iudicium: ſed nec ipſam aduerſariorum conſcientiam. ad quã prouocare auderemus, ſi modo hijs ſyncere diligenterq; perpenſis vtrinq;, eandem adhibere vellent, & liberum eidem iudicium permittere. Quod quo minus poſſint, q̃ multa obſtent et impediant, quiuis ille facile intelligit.

CONTROVERSIA DECIMAQVINTA.

De cœlibatu aut coniugio Sacerdotum, & uoto obligatorum.

Sacerdotij vilipensionẽ & cõtemptũ, magnã fuiſſe cauſam malorum quę nunc ſunt in eccleſia.

QVandoquidem & Pauli teſtimonio, & ipſa rei hoc atteſtante euidentia conſtat, hinc, diuinam legem, religionẽq; et Dei cultum: inde, eius ſacerdotium, ſe correſpondenter neceſſario habere, ita, vt aut tranſlato, aut abrogato, aut contẽpto vilipenſoq; vno, neceſſe ſit ſimiliter ſe habere & alterum: atque apud omnes orbis terrarum nationes, apud quas viguit quæcunque, ſeu vera, ſeu falſa religio, tãtum fuiſſe ſacerdotii dignitatem, tantum apud populum ſacerdotum æſtimationem & reuerentiam, quanta ipſius religionis fuit dignitas, ęſtimatio & reuerentia: Mihi ſanẽ videtur, præcipuam cauſam malorum omniũ, quę notiſſi-

mis hijs sæculis inundasse in ecclesiam Dei cernimus, religionis neglectæ, vilipensæ, contemptæ, & cousque indignitatis perductæ, vt vilissimi quique & indignissimi, stupenda audacia temeritate que in eandem insiliant, antiquent, nouent, statuant, destituāt, quisque pro suo affectu & libidine, quisque pro suo stulto ac furioso cerebro. Horum inquam malorum omnium præcipuam causam, sacerdotij, quæ aliquot iam sæculis fuit, vilipensionem contemptumque mihi fuisse videtur. Porrò sacerdotij vilitas, cōtemptus & irreuerentia apud populum, primum, ex multitudine nimia: deinde, ex indignitate: postremo, ex vita palàm scelerata scandalosaque multorum huius sacratissimi ordinis mihi pendere videtur. Multitudo hęc nimia, necessario etiam contemptum vilipensionēque ingerit: sicut contra raritas, pretium, æstimationem, admirationemque rebus facit. Contemptum vilipensionemque auxit: sine discretiōe, sine iudicio, tam multorum ad tam sublimen gradum admissorum personalis indignitas. siue ętatem, siue prudentiam, eruditionem, cæteraque spectes, quæ ad tuendam apud populum dignitatem, authoritatem, ęstimationemque pertinent. Auxit denique stipendiorum in tam multos distributorum tenuitas: aliorum autem, velut acquirendi victus causa, sine stipēdijs promotorum, necessariorum quoque indigētia. quam ob rem, mendicare alios videmus: alios vero, in indignā sacerdotibus seruitutem, officia, ac ministeria se addicere laicis. His colophonem addidit, vt diximus, vita publice scādalosa plurimorum, ac palàm incontinens: & huic indignitati ac malo, fastigium ac supremam, vt sic dicam, manū imposuit. Quæ res, vt optimorū quorūque & vere Christianorum animos diu grauiter cruciauit: & iādudū optarunt boni omnes, huic velut capitali morbo serio adhiberi efficax remedium, ab his ad quorum hoc officium

Causæ vilitatis & contemptus sacerdotij.

In quo consistat huic malo remedium.

pertinet. quod in eo mihi cōsistere videtur, si raritate, ætate, eruditione quoq;, & vita singulari, atque rerum externarum decenti splendore & affluentia pro tanti ordinis decentia, sacerdotes recuperarent & tuerentur deinceps sacerdotij dignitatem, authoritatem, æstimationē, & reuerentiam apud populum. unde præcipue, nisi ego fallor, pendet nostræ religionis dignitas, vigor, & efficacia. reuocata veteri & publica disciplina ecclesiæ, per quā hij deinceps cōtinerentur in officio. Ita, male cōgruum est, quod huic morbo sanè q̄ grauissimo, et vnde totius corporis vniuersa discrasia pendet, aduersarij adhibere moliuntur antidotum: quod sacerdotio, non solum suam dignitatem non restituat; sed planè prosanum, commune, & vile faciat. Quod, si nō tendat ad vniuersæ nostræ religionis neglectum, cōtemptum, & interitum: ego sanè nihil intelligo. Nam eo consilio, primū mihi negasse videntur, rem sacram, & diuinitus institutam, nostrum sacerdotium: sed solum, vocatione populi, aut magistratus sacri aut profani, docendi euangelij, administrandiq; sacramenta, alicui demandatum nudum ministeriū: quod ad potestatem diuinitus institutam pertinet, nullā in ea inter Christianos esse differentiam, sed omnes eandē potestatem in baptismo accipere: humanæ inuentionis atq; institutionis esse, discretionem hanc ordinis sacri & sacerdotij, quale hactenus in ecclesia celebratū est, à laico populo. Huic iacto fundamento prosanandi communisq; faciendi nostri sacerdotij, hoc nūc addi volunt velut structuræ consummationem, vt planè nulla sit differētia, nullum discrimen sacerdotum à laicis: sed vt mariti sint, vxores ducant, educent liberos. Ad hæc, ne non sint omnia apud nos communia, ne'ue vllum vitæ sacratioris extet vestigium, vt etiam monachi & monachæ nubāt: nihil obstāte voto quo Deo se deuouerunt. Quod nolūt alij

Causæ vilitatis & contemptus sacerdotij.

Sacerdotū cōiugiū quo spectet.

In quo consistat huic malo remedium.

culus fieri, velut Dei mandato cōtrarium: nec solum fru-
strà se fatigare, immo & impie agere illos affirmant, qui
perpetuæ continentiæ institutum sectātur eo fine & con
silio, vt in vitæ instituto eiusmodi Deo gratiores, acce-
ptiores, coniunctioresq; fiāt: & hoc ipsum valere ad con
ciliandam sibi Dei gratiam existimant.

Quāti merito faciēda sit aduersariorū de Coniugio sacerdotum & Monachorum sententia.

Sed quāti merito faciēda sit istorum hoīum hac de re
sn̄ia, q̄ suæ ipsorū procinātur turpitudini, incontinētię, et
pfidię, ēt superiori cōtrouersia admonuimus: et quis ille,
cui vel mica rōnis et mētis sanę superest, nec planè potio
natus circeo aliquo poculo, mirū est si nō ītelligat. Si cœ
libē vitā ducētes isti, absq; labe & querimonia, docerent
istiusmodi, vt ille quōdā Paphnutius in Nicęno cōcilio
maritorum sacerdotum coniugalem vsum, cœlebs ipse,
defendebat: alicuius forte momenti videri posset eorum
sententia: & existimari, quòd publicæ vtilitatis respectū
haberent. Nunc, cum palàm sit, ventris sui, ipsos, & quæ
infra illum sunt, causam agere, & sua ipsorum pudendā
contegere: vt etiam audiantur proferentes istiusmodi,
indignum prorsus mihi videtur. Ne tamen sibi blandian
tur amplius, visum est hanc etiam excutere cōtrouersiā,
& demonstrare, q̄ longè à clarissima veritate dissentiāt.

Voto continētiæ astrictos Deo, nō posse nisi damnabiliter nubere.

In primis, quod ad monachos & monachas, quiq; se
voto perpetuæ continentiæ Deo consecrarūt, attinet, in
præcedenti controuersia euidenter demonstratum est,
vt nisi dānabiliter, nō possint reuerti ad nuptias, quibus
sibi vltro interdixerūt: Nec votum eiusmodi, vlli diuinò
præcepto aduersari: Nec Paulum præcipere, sed indul-
gere hijs qui contraria lège nulla astricti sunt, vt vitandę
fornicationis causā vxorem accipiant: quemadmodum
illic euidens fecimus. Nam qui sibi eo ipso interdixerūt,
ne priorem fidem Deo datam irritam faciant, & ex eo
damnationem incurrant, ad alia vitandæ fornicationis

Vt teneãtur illi ad alia confugere vitãdę fornicatiõis remedia.

remedia tenẽtur confugere: ad quæ, etiã maritos & vxores habentes, in multis casibus recurrere oportet. Quid enim viro iuueni & natura salaci, cuius vxor, graui, prolixa, eaq́ꝫ tali ægritudine tenetur, vt cum ea habere non possit carnis cõmercium, dicturi sunt aduersarij? quod daturi vitandæ fornicatiõis cõsilium? An quod ille euangelicæ puritatis Apostolus Lutherus? Si vxor aut nolit, aut non possit, ancilla venito. An huic licere dicent ob fornicationem vitandam secundã vxorem accipere, commercio carnis idoneam, vt siquando, sicut fit, parum apta est vna, aptam habeat, qua vtatur, alteram? Dicerent fortassis licere, quos nihil pudet dicere quicquid suadẽt venter & inguina: nec dicerent à principijs suis, suoq́ꝫ euangelio abhorrentia. Non tamen puto, quòd auderent hoc dicere, velut ex communi sententia. Nimis enim impudenter dissentit ab orthodoxa veritate, & communi catholicæ ecclesiæ indubitata & certissima sententia. Si aũt huic non licet ob fornicationem vitandam, fornicationẽ, immo adulterium committere: quæ eidem aduersus fornicationem necessario quærenda forent remedia alia, ad ea etiam ij, qui Deo se consecrarunt, ac deuouerunt confugiant. Nam ijs non solum nubere, sed & velle nubere damnabile est, vt præcedenti controuersia demonstratũ est. His vero, qui neq; matrimonio, neq; cœlibatui sese obligarunt, & tamen non continent, consulit vt nubant Apostolus. Melius est enim ijs nubere, inquit, q̃ vri, hoc est, incontinentem esse. Hoc enim peccatum est: illud licitum. Quòd si castitatem vouit Deo, iam neutrũ melius, sed vtrũq́ꝫ illi malum & vitandum est, & vri, & nubere: Illud enim semper malum est: hoc vero malum, quia contra priorem fidem quam Deo dedimus. In cõiugali vinculo, inquit Augustinus, si pudicitia seruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali continẽtia, & virginali

Quibus sit melius nubere, q̃ vri.

Ad Iulia. de sctã viduitate.

ginali excellentia, virtus muneris amplioris expetitur: qua expetita & electa, & voto Deo oblata, iam non solũ capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle, damnabile est. Nam vt hoc demonstraret Apostolus, non ait. Cum in delicijs egerint in Christo, nubunt: sed nubere volunt: habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, tamẽ volendo. Non, quia ipsæ nuptiæ, velut malum, damnandæ iudicantur: sed damnatur propositi fraus: damnatur fracta fides voti: damnatur, non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore: postremo damnãtur tales, non quia coniugalem fidẽ posterius inuenerunt: sed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Hæc Augustinus.

Non est proinde his melius nubere, q̃ vri, sed vtrunq; malum, & vtrunq; vitandum. Non est vri, tẽtari, vt aduersarij falsissimo intelligunt & persuadent miseris: sed tentationi succumbere. An carnis stimulo supra modum non tentabatur Apostolus? Quid igitur? Nunquid carnis commercio, licet coniugatus, vt est multorum sententia, sed ob apostolatus officium, quãuis sine voto, vitam agens cœlibem, quod de se testatur, quæsiuit carnalis huius tentationis remedium? nunquid in vxoris amplexus mox ruebat, carnis stimulum sentiens? Immo, alia remedia huic morbo quæsiuit efficacia: ad ieiunia, carnis afflictiones, orationem instantem, ad diuinã gratiam implorandã conuersus est: & ventrẽ renesq; substringẽs, Dei gratiæ cooperatus est: in ieiunijs multis, multus in fame, in oratione feruens et assiduus. Propter quod, inquit, ter dominũ rogaui vt auferret à me: & rursus, Castigo corpus meũ, & in seruiturẽ redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Ad hęc ergo aduersus lasciuiã carnis remedia, quisquis voto continentiæ astrictus

Vri, quid?

fideliter cõfugerit, certo sentiet sibi nõ deesse diuinã gratiã: quę vel stimulũ illũ mitigabit, vel aucta gratia qua illi possit resistere, ad maiorẽ coronã relinquet: vt audiuit Paulus, Sufficit tibi gratia mea. Certe, prouidebit in oĩbus Deus, ne tentemur super id quod possumus: ne vramur: fidelis enĩ est, inqt ille, nec pmittet vos tentari super id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum.

Esse in potesta te nostra, non vri, et in vita cælibi.

Vri, inquit Ambrosius tractans hunc locũ Apostoli, est desiderijs agi, ac vinci: Ne vincamur aũt, in nostra potestate est per Dei gratiã. Quod recte intelligens Augustinus, super illo verbo Apostoli, vnusquisq; propriũ donum habet à Deo, vnus quidem sic, alius vero sic: Vnusquisque inquit, iuxta votum suum, donum Dei habet: vt si velit, ipsius Dei nutu possibilitatem consequatur. Est igitur in potestate nostra per gratiam Dei, non vri.

Expensio verborum Christi. Nõ omnibus datum est nosse verbum hoc &c.

Nec aliud nobis significauit Christus: cum dicit, non omnes capere verbum hoc, sed quibus datũ est. Admonet nos vt intelligamus cuius id donum sit, cœlibẽ viuere, quod & sapiens nos admonuit: quo ad illum cõfugiamus: qui nõ auersatur pie & fideliter se rogantes quę pia & sancta sunt: sed dat omnibus affluenter & non improperat. Neq; negat oẽs posse capere: sed negat capere nisi eos quibus datum est. Sed vt sciamus ex nobis deesse, si non acceperimus: Omnis, inquit, qui petit, accipit. Cui ergo vt capiat datum non est: ideo datum nõ est, quia nõ petit. Itaq;, quo tandem concludit vniuersum illum sermonem, qui põt capere capiat: eiusmodi est, quale est illud Apostoli, volo autẽ omnes vos esse sicut me ipsum. Omnes hortatur ad vitam cœlibem velut perfectiorẽ, sed nulli eam imponit: verũ in cuiusq; arbitrio relinquit. Qui põt ergo capere (põt autem omnis qui serio vult, et vt oportet petit sibi dari à Deo vt possit) capiat inquit, velut melius & perfectius. Consulentis enim hoc est.

quē imitatus eius Apostolus, De virginibus, inquit, prę ceptum domini non habeo: consilium autem do (. illud ipsum nempe quod dedit dominus) fidele, vt qui ex eius misericordia & dono sum cōsequutus id, ad quod alios, prouoco: & quod omnes sequi cuperē, et amplecti, quemadmodum id ipse amplexus sum. hoc enim est quod præmiserat, volo aut opto omnes esse sicut me ipsum. Consilium ergo do, inquit, tanq̄ misericordiam consequutus à domino. Misericordia, & gratia, idem & hic, & alibi sæpe, sūt Apostolo: & significat donum, gratuito, & ex domini bonitate et misericordia, non debito impensum. Consulo itaq; quò sim fidelis domino meo seruus, & vobis nihilominus fideliter, vt ad eandem quā ego assequutus sum cōtinentiæ gratiam aspiretis: velut ad meliorem, perfectiorem, & nostræ salutis hic peragendo negocio magis vtilē. Id quod multis deinceps declarat atq; explicat, vitam cœlibem, ad coniugatam conferens. Vtrunq; tamen vitæ institutum approbans, & tandem concludēs sermonem, Qui matrimonio, inquit, iungit virginē suā: bene facit, & qui nō iungit, melius facit. Est igitur in potestate nostra, per Dei gratiam, quæ nulli deest eam imploranti fideliter & vt oportet, non vri, etiam in vita cœlibi, etiamsi à carne tentemur.

Sed esto, non faciūt obligati voto oēs, quod possunt & debent vt habeant continentiæ gratiā: & proinde, nō solū tentantur, sed etiam vruntur eorū pleriq;. Quid igitur? An nubere his minus malū erit? Nā melius hoc dicere non potes, quod Apostolus dānationi imputat, si primam fidē irritā faciunt. Hijs inquā, an saltem minus malum minusq; damnabile erit nubere q̄ vri? Tu vide, quis peior seruus est? An qui grauatus seruitio, & fortassis negligentius aut incautius agens cadit sub onere: an qui iugum in totū proijcit? Quis peior discipulus? An qui

Obligatis voto cōtinentię, an nubere minus malum sit q̄ vri.

Nota simile.

ex præſcripto ediſcit, non quidem vniuerſum (quod for te potuiſſet, niſi crapula & ſomno indulſiſſet ſecurius) tamen partem: an qui ſcholam prorſus deſerit? Tentationi proinde, quibus diximus remedijs reſiſtendum eſt: In quibus, ſiquando remiſſiores, ex infirmitate carnis ceciderimus: tolerabilius hoc peccatum eſt, quàm ſi iugum in totum excutiamus, immo voto aduerſum votum Deo præſtitum nos aſtringamus. tentationem non ſolum non ſuſtineamus, non expectemus, ſed præoccupemus etiam, Non, quod hic probemus fornicationem: ſed caſum ex infirmitate, ad deliberatum, immo perpetuum, abiecto omni pudore, incæſtũ, cõparamus.

Epiſ. 11. li. 1. Virgines Deo dicatas, non mariti, ſed Chriſti adulteras, ſi contra fidem Deo datam viro ſe copulauerint, ille Cyprianus pronunciat. & addit, quòd non poſſint in eccleſiam recipi, niſi à viris ſeparatæ, homologeſi facta, pœnitẽtię ſalutari ſe ſubdiderint. Meminerint proinde profeſſionis ſuæ, votum profeſſi: & cogitent, cum pudicitia, ſe vouiſſe, quæ ad pudicitiam pertinent: & quibus eadẽ neceſſario tuenda eſt. meminerint coronæ propoſitæ certantibus & vincentibus. Vbi pugna non eſt, quæ victoria? Et quæ corona, vbi nulla victoria? Viriliter, quod in ſe eſt, certantibus, non deerit de cœlo adiutorium. Ante omnia autem, votifragos, Epicuri hos gregales, velut contagioſam & peſtilentiſſimam peſtem deuitent. incantationibus illorum, aures obturent. qui leuiorem ſe damnationem habituros exiſtimant, ſi quamplurimos ſecum trahant in perditionem & interitum. in Imperatorem noſtrum Chriſtum, intendãt oculos: & ſecum perpetuo cogitent, noſtra illi ſalus quanti cõſtiterit. Crucis eius lignum, immittant in aquas amaras tentationum variarum quibus concutiũtur ſubinde: & dulcorabit earundem amaritudinem. In ſanctos illos, eiuſdem inſtituti ſan

Pia exhortatio, ad eos qui voto obligati ſunt.

ctiſſimi duces & cultores reſpiciant. qui, & ipſi fuerunt homines, ex carne & ſanguine, vt nos: & intelligant ſibi impoſſibile non fore cum Dei gratia parata omnibus eam fideliter implorantibus, quod ab ipſis factũ & perfectum cernimus. Quos, q̃ iſtos, ventris & inguinis mancipia, ſequentur ſecurius.

Non tentat Deũ, qui manũ ſuam mittit ad fortia: qui, quamuis à carne tentatus, nuptijs abſtinet: vt molles hij, delicatiq; milites prædicant. ſed ſpiritus s. conſilio obſequitur. In illo, non in ſe, intelligens ſuam eſſe fortitudinẽ: de ſeipſo humiliter ſentiẽs, ſed in Deum ſperãs: et quod nobis deeſt, Dei gratia, eandem fideliter implorantibus, quotidie ſupplendum nihil dubitans. Is peius, quàm tentat Deum, qui ſuo conſilio, conſilium ſpiritus lacerat: immo ſpiritui. s. in os maledicit.

Non tentare Deũ, q quis tẽtatus à carne, nuptijs abſtinet, & continẽtię voto ſe caſtrat.

Sed ignauiſſimi hij milites, pugnare, tẽtari, & à carne ſtimulari, titillariq; nonnunq̃ concupiſcentiæ eius illecebris, peccatũ eſſe volunt: proinde, nequãdo patiãtur carnis ſtimulum, anteuertunt, et ſe libidine exaturant. Mirũ autem, quòd & eſurire, & ſitire, peccatum non faciant. Non ſunt hæc peccata, ſed corporis corruptibilis huius, conditiones. quas exercitij cauſa & meriti augendi gratia, nobis addidit creatrix omnium, omnipotẽs illa bonitas & ſapientia. Non peccat, ſed meretur, qui famẽ & ſitim ſaturitate nõ anteuertit, ſed expectat, et nonnunquã ſuſtinet: Non, qui carnis ſtimulum, libidine exaturatus et marcidus, excludit: ſed qui ab omni libidine fugiẽs, ſtimulantis nos carnis motibus fortiter reſiſtit, & paruulos illos allidit ad petram. Nihil ſanè peſtilentius fingi poterat, q̃ ex concupiſcentiæ ſenſu, concupiſcentiæ peccatum fingere: & pijs, ab ipſo naturæ authore ad exercitiũ et certamen inditas inclinationes carnis ad ſibi amica & placentia, peccatum mortale dicere: & docere eos qui ſe caſtra-

Carnis ſtimulos et concupiſcẽtię eius illecebras, nõ eſſe vere peccata.

runt voto propter regnum Dei,se ignauiter prorsus tra-
dere carni & sathanæ: ne,eius impugnationes sentiant.
Hæc aduersariorum est theologia,sed Epicurea, Asoti-
ca,ac Iouiniana. Antichristus,inquiunt,erat in concu
Ridicula aduersariorũ collectio.
piscentia fœminarũ,vt habet Daniel: Nos igitur,ne con
cupiscamus,anteuertimus,ne Antichristi membris com
municemus. Concupiscimus enim,quibus caremus bo
nis. Pulchre sanè. Nam Iouiniano,aut Epicuro digna
est hæc collectio. An non magis peccant,qui non concu
piscunt tantum illicita,sed qui etiam impudenter patrãt,
abiecta omni verecundia? Et quamuis Deo authore
Procreationis appetitũ inditũ homini,non esse ius naturale.
sit inditus homini,procreationis,& coniunctionis sexus
ad sexum,naturalis appetitus quidam: hic tamen, neque
ius,neque lex est naturæ, vt stulte & ridicule imaginan
tur aduersarij: sed debent hij appetitus moderari rationis
habenis ac moderamine. Ratio autem suis legibus astrin
gitur: & Dei,et superiorum suorum,atque eis,quas ipsi
sibi præscribit,aut præscribere põt. Quod faciens,in nul
lo,legi naturę pręiudicat. Indidit Deus et natura,pro hu
mani generis conseruatione & propagatione has appeti
tiones homini: at non est necesse hijs appetitionibus in-
dulgeri à singulis: nec per vnum quemlibet hominem
hoc officium præstari conseruationi propagationiq; hu
mani generis: sed in cuiusq; hoc libertate est positum. Nã
non præstante vno,satis præstabunt alij. & quia nemo,
hoc velut iure naturæ nũc obligatur singulariter ad istud
officium: immo,gratius Deo est,vt quis sibi in continen
tia & castitate seruiat,et se castret propter regnum Dei:
non solum nihil peccat contra legem naturæ,hoc ipsum
faciens, & naturali suæ appetitioni ea in re non indulgẽs,
sed frenum iniiciens, & præscindens eas sibi cupiditates
ingenitas propter regnum Dei,vt etiã, ipso Christo te-
ste,gratum Deo acceptumq; ex se sacrificiũ offerat. Fa-

mes & sitis, dormiẽdiq́ post vigilias & labores appetentia, sunt naturales appetitus, quos indidit nobis Deus, et pro nostri ipsorum conseruatiōe: ad quam, quisq́ simpliciter obligatus est, nisi quid vrgeat grauius ac præponderet. Pōt tamen quis se fame & siti macerare: pōt etiam irrumpentem somnum excutere: nō solum, vt carnem suā domet, rationi subijciat, & mortificet: sed etiā, vt ita, commissa à se peccata in se vindicet, & diuinum de eisdem in se iudicium præueniat. Pōt etiam hæc facere, sanctorum omnium sequutus exempla, quæ nobis vbiq́ diuina cōmendat & proponit scriptura, vt Dei gratiam & misericordiam, & suorum peccatorum veniā impetret: quemadmodum supra, controuersiis ix. & xij. demonstrauimus. Nec est opus quò hæc faciat, auferri sibi & mutari naturā, vt his appetitiōibus naturalibus careat: sed opus est vim inferre naturæ, & eam ipsam vincere. Quod potest quilibet, non iners, nec ignauus miles Christi, cum parato omnibus diuino adiutorio, & quod facientes, affirmat Christus rapere regnum cœlorum.

Non est ergo quòd magnopere nos vrgeant cum dicto Iuriscōsulti: Maris & fœminæ coniunctionem esse iuris naturæ, quod nulla possit humana lex immutare, nullum proprium votum, nulla obligatio tollere: nisi eadem authoritate nobis reducant communem rerum possessionem, communem libertatem omnium: quā æque iuris naturæ ille facit: quam tamen lex humana, hominūq́ consensus sustulit. Quod cū prius fecerint, tūc dictū illud Iureconsulti de maris & fœminæ cōiunctiōe proferant, & solutionem audient: non à nobis, sed ab omnibus ab initio orthodoxis sanctisq́ patribus, atq́ adeo catholica per orbem Christi ecclesia: cuius est maior q̄ illius iureconsulti authoritas.

Et hac de Monachis & sanctimonialibus, & in vni- *Conclusio de*

matrimõio eorum, qui voto cõtinẽtię astricti sunt.

uersum de hijs qui speciali voto se obligarũt Deo ad castitatem perpetuam, quod non possint, nisi damnabiliter, contrahere matrimonium.

An vero de facto, q̃uis dãnabiliter cõtractũ, irritũ sit, & rescindi debeat, alia q̃stio est: quã post explicabimus.

De cœlibatu sacerdotum & altaris ministrorum,

De sacerdotum vero cœlibatu, & altaris ministrorũ, quos Diacones & Subdiacones dicimus: ita res habet. Quemadmodum ab ipso humani generis initio inter fratres & sorores necessario contrahebãtur coniugia, quia non erant inter quos contraherentur alij: Quæ nihilominus consuetudo permansit etiam multiplicato iam humano genere, vsq; dum diuina lege populo Israel interdiceretur per Moysen, quo charitatis & necessitudinum vincula plures connecterent: Ita à principio Christianæ ecclesiæ, necessario electi sunt mariti diacones, sacerdotes, et Episcopi. Non enim erãt qui eligerẽtur alij. Quod tamen vitæ puritatem à muliebri carnaliq; commercio, ac cœlibatũ in sacerdotibus suis & altaris ministris requireret Christus & sacer spiritus, etiam in illo ipso initio cum adhuc necessario eligerentur mariti, satis expresserunt Apostoli: decernentes & constituẽtes, nunquam licere ijsdem nubere: siue qui cœlibes assumpti essent ad hoc ministerium: siue decessisset vxor iam suscepto ministerio: sed cogebantur illi deinceps vitam cœlibem agere. Proinde xxvij. apostolicorum canonum, in hæc verba constitutum legitur. Innuptis autem, qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vxores accipiant: sed Lectores Cantoresq; tantummodo. Vides superioribus gradibus ecclesiastici ordinis, hoc est, Episcopis, presbyteris, & altaris ministris, non permissum fuisse ab Apostolis contrahere matrimonia.

Ex Apostolica constitutiõe nũquã licuisse sacerdotibus etc. nubere, tametsi mariti assumerẽtur ad sacerdotium.

Quod vero maritis sacerdotibus, post mortem vxorum suarum non licebat secundo nubere, sed cogebãtur deinceps

deinceps agerę vitam cœlibem, euidenter cõstat ex Apostolo, qui digamos interdicit, & sacerdotio, & altaris ministerio: hec nisi vnius vxoris viros eosdem esse permittit: quemadmodum prima ad Timotheum, item ad Titum epistolę eius demonstrant.

Digamos ab Apostolo iterdici sacerdotio, & diaconio. Et Digami qui?

Impudens vero est calumnia, quam verbis Apostoli, primum Lutherus, deindę Philippus, & vniuersi post hos, noui huius euangelij professores hoc loco inferunt: dicentes, ab Apostolo hunc dici digamum, non qui successiue plures vxores habuit, sed qui plures simul habet. Itaque suis sacerdotibus permittunt, etiam decies nubere, si ita res tulerit: & mirum sane est, quo perrumpat, refractis semel omnibus modestiæ repagulis, istorum hominum impudentia. Hoc ab initio intellexerunt omnes, id quod hac in re ab Apostolo specialiter interdictum est sacerdotibus & diaconibus, permissum ac licitum fuisse laicis: nempe, bigamiam, aut polygamiam. At nulli vnquã Christiano ab initio licuit plures simul vxores habere: quod post luculentissime demonstrabimus. Immo, nec Romanis quidem legibus, quibus viuebant tum illi quibus per Timotheum & Titum præscribit leges sacerdotij & diaconij, quãuis ethnicis, vnq̃ licita, vsitata, aut recepta fuerat eiusmodi quam hij comminiscuntur, & oblique ac subdole introducere inter Christianos conantur, digamia aut polygamia. & antiqua illa polygamiæ patriarcharum (quæ pro tempore, multiplicandi Dei populi causa permissa fuerat) exempla: etiam apud Iudæos iam tum desueuisse diu, indubitatum est. Quorum nullũ intra ducentos, trecentos, & eo amplius ante Christũ annos, nec ex historia sacra, nec ex vllo scriptorum, cuius sit aliqua authoritas, proferẽt: adeo, vt ne sterili quidem Zacharias, superduxerit alteram. Nec vllum polygamiæ istiusmodi, temporibus Christi adhuc

Impudens aduersariorũ traducitur calumnia.

perdurantis apud Iudæos, in vniuersis scriptis euangelicis aut apostolicis inuenitur argumentum aut indicium. Nec ea astruitur, vt videri vult Philippus, ex illo præcepto Deuteronomij, quo iubetur frater superstes, accipere relictā defuncti fratris sine liberis, atq; illi semen suscitare. Notum est enim in scripturis, extense & large capi fratris vocabulum, pro sanguine propinquis, etiā si germani non sint, & eisdem parentibus editi. Quomodo toties ab Euangelistis memorātur fratres & sorores Iesu. frater autē, Moysi, eo loco, intelligitur cognatione propinquus: quemadmodum testatur scriptura in Ruth historia. Neque enim Booz, germanus frater erat Chelionis, mariti Ruth; sed propinquus Elimelech patris eius; nec illi sanguine proximus, sed alter eo prior. Qui, quod iam vxorē haberet & liberos, cessit iuri propinquitatis Booz innupto, deinceps atque à se, proximo. Neque. n. inquit ille, posteritatem familiæ meæ delere debeo: Tu vero, meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. Et quanq̄ adhuc illo tempore recepta esset polygamiæ licentia, momogamia tamen iam ferè coli cœperat ab omnibus, vt honestior: nisi à regibus, qui successioni & perpetuationi regni in familia sua singulariter studebant. Nam post Helcana Samuelis patrem, nullum, quod memini, exemplum polygamiæ priuatorum in vniuersa scriptura est. Proinde, etiam vt honesta et licita, recepta fuit à iudicibus & senioribus, proximi illius Chelionis recusantis eius relictam illiberem, excusatio. Alioqui constituta erat à lege, aduersus recusantem, pœna perpetuæ infamiæ. Vtque in faciem illi cōspueretur coram senioribus & populo. Si, inquit, noluerit accipere vxorē fratris, quæ ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, neç me

Quod in lege Mosaica nō tenebatur frater nuptus, accipere relictā fratris illiberem.

in coniugem sumere: statimq; accersi eum faciēt, & inter rogabunt. Si responderit. Nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, &c. spuetq; in faciem eius, & dicet. Sic fiet homini, qui non ędificat domum fratris sui. Quem locum Iosephus Iudęus, antiquitatum lib. iiij. hoc pacto, non paulo clarius explicat. Quæ fuerit sine filijs à marito derelicta, frater illius eam accipiat: & natum filium mortui nomine vocans, hæreditatis successorem nutriat. Hoc enim & publicis vtilitatibus proderit, domibus minime destitutis: & cognatis possunt substantię conseruari: et mulieribus releuatio calamitatis afferri, quando priorum maritorum proximis coniungentur. Si vero noluerit eam ducere frater, veniēs mulier apud seniores, testimoniū huius rei perhibeat: qa volentē eam domi manere, & filium ex eo habere, nō suscipit: iniuriam faciens defuncti fratris memorię. Requirētibus vero senioribus, pro qua causa nuptijs eius abstineat: siue maximam causam, siue paruam dixerit, ad hoc veniendum est, vt soluens vxor fratris caligulas illius viri, & expuens in faciem eius, dicat. Hoc dignum esse pati ab ea, iniuriā defuncti memoriæ facientem. Et ille quidem à senioribus abscedat, hoc opprobrium habens omni tempore vitæ suæ. Vides qua pœna ex lege & gentis more afficiebatur, qui recusabat accipere relictā fratris illiberem, vt que illum perpetua consequeretur infamia. At pœnę huic, aduersus proximū Chelionis, recusantē relictam eius illiberem Ruth iure propinquitatis accipere, eo, quòd iandudum haberet vxorē & liberos, nullus locus fuit: quàmuis etiam tunc apud nonnullos vsitaretur polygamia: imo recepta ē à senioribus et iudicibus excusatio velut legitima: et admissa iuris ppinquatis eiusmodi in Booz cessio, quæ per calciamēti traditionem cōfirmata est. Hic enim mos antiquitus erat in Israel inter

propinquos, vt eadem subiungit historia: vt si quando alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio: soluebat homo calciamentum suum, & dabat propinquo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo, inquit, propinquo suo Booz, Tolle calciamentum, quod statim soluit de pede suo. Hactenus ibi. At poenę contumeliæ ac infamiæ irrogatę eidem, ob recusationē & cessionem huiusmodi, nulla prorsus fit mentio. Nec vllum in scripturis exemplum extat, quod iam coniugatus, relictam fratris illiberem acceperit, aut priori superduxerit.

Paulo digamum esse qui duas vxores successiue habuit, aut bis nuptum.

Vtcunque vero hæc se habeant, certe Paulo, digamum fuisse, qui duas vxores, nō simul, sed successiue habuisset aut haberet, vniuersa ab initio intellexit ecclesia, et orthodoxi tractatores omnes in vniuersum. Quem repelli à sacerdotio in Christiana ecclesia, quis miretur? quando & ethnici, eiusmodi bis nuptos, a sacerdotio repellerēt. Author est Seruius tractans illud Didonis Virgilianæ, quę etiam crimini & culpæ sibi deputat, quod secundo Aeneæ nupsisset. Huic vni forsan potui succumbere culpæ. Vbi & bis nuptum fuisse quamuis successiue, ad Didonis exemplum, bigamiā intelligit. Idem ferè habet Hieronymus, in epist. ad Gerontiam & Ezichiam. Quod si etiam gētes, inhonestum iudicabant, bis maritos, sacerdotes esse: apud Christianos merito hoc erit multo inhonestius. cum secunda matrimonia parum syncerae & cōstātis fidei & amoris erga priorem coniugem testes habeantur: & pręterea, incontinentis animi speciem præferant.

Vt etiam coràm Deo nonnihil inhonesti habeat, q̄uis concessa digamia.

Immo & coràm Deo, in lege veteri, quiddam inhonesti habebat, etiam istiusmodi successiua, q̄uis concessa digamia: adeo, vt Ezechielis. xliiij. cum sacerdoti permiserit Deus ad parentes et fratres ac sorores mortuos ingredi, excepit sororem secundo nuptam, aut quæ alterū virū habuisset: pollutioni & contaminationi illi ducens si in-

grederetur ad eandem. Et in Neocæsarieñ. concilio cõstitutum extitit, ne presbyteri digamorum nuptijs interessent. Quod si vnius vxoris viri, sunt Paulo, quando de sacerdotibus et altaris ministris diaconibus loquitur, qui simul, non nisi vnam vxorem habent aut habuerunt: eadem ratione, vnius viri vxores erunt eidem, quãdo de viduis loquitur, quales velit eligi ac suscipi ad hospitalitatis publicum ministerium: quæ simul nõ nisi vnum virũ habuerunt, etiam si decem habuissent successiue. At cum nunquam fando auditum sit, vt quæ mulier simul duorũ virorum vxor esset: frustra & ridicule cauisset Apostolus ne eligeretur eiusmodi, qualis ab initio nõ fuit, nec vnquã futura est. Quare, vt hic, vnius viri vxor Apostolo est, quæ bis nupta nõ est: ita illic, vnius vxoris vir, qui semel tantum nuptus est. Stat igitur certissima apostolica sententia, nec presbyteros, nec diacones, etiam successiue, posse pluries nubere, & non solum plures simul vxores prohiberi habere. Cui cum subscribat communis & consona in vniuersam ab initio ecclesiã recepta obseruatio: nulli dubiam esse sinit eãdem apostolicam sententiam, & falsitatem impudentis, quam aduersarij inferre illi conantur, calumniæ. Hoc enim vniuersali consensu, & cõsona obseruatione ab vniuersa Christi ecclesia ab initio receptum videmus, ne sacerdotibus et altaris ministris liceret nubere: tametsi ante cõtracto vti sinerẽtur matrimonio. Neq; vlla natio fuit, neq; adhuc est omnium, quæcunq; profitentur nomen Christianum, seu Indos, seu Armenos, seu Græcos, seu Moscouitas spectes & percuncteris, vt latinam ecclesiam taceam, vbi fiat, aut vnq̃ factum sit aliter. Cuius tam consonæ ab initio toto orbe obseruationis, nec imaginari est aliud fuisse initium, q̃, vt dixi, cõsonam traditionem apostolicam. Quæ quod Christum & spiritum s. authorem doctoremq; habuerit æque du

bitare nemo poterit. Et quāuis in plerisq; concilijs, non solum in Occidentali, & Aphricana, sed etiā Orietali ecclesia celebratis, idem, etiam sub graui censura et pœna constitutum legatur, ne Episcopis, Presbyteris, et altaris ministris Diaconibus, aut Subdiaconibus, liceret nubere; Vt in illo Neocæsariensi, cui duo illa Orientis lumina & ecclesiæ columina Magnus Basilius et Gregorius Nazanzenus interfuere. In Elibertano quoq;, præterea, et in sexto vniuersali concilio Constantinopolitano. iiij. Magis tamen exactum in illis, quàm constitutum decretumq; hoc fuisse intelligendum est. Quandoquidem ex apostolica, vt ostendimus, traditiōe, in vniuersam hoc ecclesiam ab initio receptū extitit. In qua, tametsi quieuerit Græcanica & Orientalis ecclesia, Romana tamen & Occidentis ecclesia, in qua purior ab initio vigebat Christi religio, hoc sanè animaduertens, prædictam ordinationem apostolicam plus in recessu quam in superficie habere, et illo decreto, quāuis in illo principio, & in ea fidelium raritate, satis innuisse sacrum spiritū, quid expeteret in ministris sacri altaris, & sacerdotibus, nempe continentiā in omnibus perpetuā, data electiōis copia: velut intentioni statuentis, q̄ verbis magis satisfacere cupiens, maiorē et puritatem à suis sacerdotibus & altaris ministris exegit, atq; edixit, vt nec mariti eligerentur ad præfatos gradus ecclesiastici ordinis, nisi sub obligatione cōtinentię à proprijs coniugibus.

Cōciliorū decreta, semper subscripsisse decretis apostolicis, de interdictis nuptiis sacerdotibus & diaconibus.

Romanā, Occidentalē, & Africanā ecclesiā, nec maritos ab initio admisisse ad sacerdotium etc. nisi sub voto cōtinentiæ.

Quod ipsum, mox factum fuisse ab initio, testatur b. Vrbani decretum, quod citatur xxxij. dist. in hęc verba, Eos qui post diaconatū vxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine remouemus, & ad Dominicum Gangren. Episcopū, Erubescāt impij, & aperte intelligāt, iudicio sancti spiritus eos qui in tribus sacris gradibus, sci-

Vrbani decretum

licet, præsbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu positi, si mulierculas non abiecerint & caste vixerint, ab eorundē graduum dignitate excludendos. Quorū decretorū verba si perpendas, hoc clare intelligis, nec Vrbanum quidē ipsum, eorundem authorem, sed exactorem fuisse. Non sunt enim hæc verba, primo interdicentis presbyteris & altaris ministris cōiungi vxoribus, quas ante susceptum ministerium habuerunt: sed antiquum & omnibus illis iandudum notorium decretum, sub pœna depositionis ab ordine & officio, districte exigentis.

Idē est videre & facile obseruare in decreto b. Lucij, qui b. Cornelio successit, & sub Gallo et Volusiano, glorioso martyrio cōsummatus est, quod citatur lxxxi. dist. in hæc verba: Ministri altaris, presbyteri, seu diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiā seruent. Si vero post ordinationem suā ministros cōtigerit propriæ vxoris inuadere cubile, sacrarij non intrent limina: neq; sacrificij portitores fiant: neque altare contingant: neq; ab offerentibus holocausti oblationem & hostiam suscipiant: neq; ad dominici corporis portionē accedant. Idem decretum est in Arelaten. cōcilio. & addita est excommunicationis pœna in eos, qui post ordinationem, etiam à proprijs coniugibus non abstinerent. Idē quoq; decretum est in concilio Romano, quod sub tempus Nicæni concilij celebratum est, & iam districte hoc obseruabatur ab omnibus per vniuersam Latinā & Occidentalem ecclesiam: vsq; dum Iouinianus ex professo hostis continentię, pestilentissima, quam nouum hoc euangeliū reducere conatur, doctrina sua infecisset plurimos, docens inter vitam cœlibem & coniugalem, saturitatem & ieiunium, carnis afflictiones, vitæq; asperitatem, & concessas delicias, apud Deum nullam esse differentiā. Qua sua doctrina, plurimos sacerdotum & altaris ministrorū

Lucij.

Arelaten. concilium.

Conciliū Romanum.

Iouinianus hostis cōtinētiæ, vt multos traxerit à sancto vitæ instituto.

ex vita cœlibi pellexit, & exemplo sacerdotum legis veteris persuasit vxores ducere; & qui vxores suas emisso continentiæ voto dimisissent, ad easdem reuerti. Aduersus quem insurgens b. Siricius, apostolicę cathedræ, & ecclesiasticæ hierarchiæ præses, eundem, cum complicibus suis, anathemate notauit: & doctrinam eius examinatam & discussam in sacerdotali, quod ad hoc ipsum indixit, concilio, damnauit vt hæreticam, & doctrinæ Christianæ contrariam. Quemadmodũ testatur eius ad Mediolanen. ecclesiã (cui tũc b. Ambrosius præsidebat Episcopus) epistola, dãnationis illius sententiã continens: vt autem seductos ab illo, sacerdotum & altaris ministrorum plurimos, Iouinianicæ illius licentiæ sectatores, qui velut canes ad vomitum, ad carnis cõmercia, quibus continentiæ voto sibi ipsis interdixerãt, ad antiquam ab apostolica traditione descendentem continentię regulam obseruationemq; reuocaret, non paruũ illi fuit negocium. Cuius, vt multa extant documenta et testimonia, ita, ecclesiasticum decretũ quod aduersus eosdẽ edixit & proposuit clarissime loquitur. Quod est in hæc verba.

Siricius aduersus Iouinianũ insurgit.

Plurimos, inquit, sacerdotes Christi, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus proprijs, q̃ etiam de turpi coitu, sobolẽ procreasse didicimus: et crimen suum hac excusatione defendere, quia in veteri testamento, sacerdotibus generandi facultas attributa legitur. Dicat igitur, quisquis ille est assertor libidinum Iouinianus, preceptorq; vitiorũ, si existimat quòd in lege Moysi passim sacris ordinibus laxata fuerint à Deo frena libidinis: cur eos quibus cõmittebantur sancta, præmoneat dicens, Sancti estote, quoniã ego sanctus sum? Cur isti procul à domibus & vxoribus suis tempore vicis suæ in templo habitare iussi sunt? Quibus tamen, expleto deseruitionis suæ tempore, vxorum vsus, successionis causa

Siricij decretum aduersus lapsos.

relaxatus

relaxatus fuerat, quia non ex alia, nisi ex tribu Leui quisquam ad Dei ministerium fuerat permissus accedere. Quare & dominus, ecclesiæ suæ sponsus, eam castitatis splēdore voluit prælucere. Quarum sanctionum sacerdotes omnes insolubili lege constringimur, vt à die ordinationis nostrę, sobrietati & pudicitiæ corda nostra mancipemus & corpora: vt per omnia in sacrificijs quæ quotidie offerimus, Deo nostro placeamus. Sed quia quidam ignoranter lapsos se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus nō negandam: vt sine vllo honoris augmento, in hoc in quo deprehensi sunt, quandiu vixerint, officio perseuerent: si tamen continentes post hac se exhibere studuerint. Hij vero qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, sibiq; hoc aiunt veteri lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo idigne vsi sunt, apostolicę sedis authoritate deiectos. nec vnquam posse venerāda attractare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerūt. Et quia exēpla præsentia nos pręmonēt cauere in futurum, Si quisq̃ Episcopus, presbyter aut diaconus (quod nō optamus) deinceps talis fuerit inuentus: iam nunc sibi omnem indulgētiæ aditum intelligat obseratum. Nam ferro necesse vt abscindantur vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam. Hactenus ille.

¶ Huius authoritatem sequutum est Agateñ. conciliū. In quo. ca. ix. in hæc verba decretum legitur. *Agateñ. concilium b. Sicicij authoritatē sequutum est aduersus eosdē.*

¶ Placuit, vt si presbyteri, vel diaconi coniugati, ad thorum vxorum suarum redire voluerint. Sicicij Episcopi seruetur authoritas. Quę si ad aliquos probabitur non venisse, eis ignorationis venia remittitur: ita vt de cętero penitus incipiāt abstinere. atq; ita gradus suos in quibus inuenti sunt sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascēdere, quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum

quem habent, non amittant. Si qui autem sciuiſſe formã viuendi à S. Siricio miſſam deteguntur, neq; ſtatim cu-piditates libidinis abieciſſe, illi omnibus modis ſunt ſub-mouendi. eo quòd poſt agnitionem cognitam, præponẽ-dam arbitrati ſunt voluptatem.

Innocentius, reliquias morbi Iouinianici expugnat.

Eiuſdem huius morbi Iouinianici reliquiæ, etiam b Innocentium illius Siricij ſucceſſorem exercuerãt: quẽ-admodum teſtantur ſcriptorum eius plurima. Qui & in epiſtola ad Exuperium Toletanũ Epiſcopum, exemplo veteris legis ſacerdotum, quo continentiæ hoſtes pro ſe maxime vtebantur, continentiæ neceſſitatem maxima ra-tione impoſitam noſtris ſacerdotibus demonſtrat.

Nam cum & veteribus illis, durante miniſterij ſui tẽ-pore, neceſſe fuerit ſe cõtinere etiã ab vxoribus proprijs, tametſi ad ſacerdotij ſucceſſionem neceſſario vteretur cõ-iugio: nec ſatis mũdos dignosq; habuit etiam illa lex car-nalior, ad obeunda diuini cultus & ſacri altaris quãmuis vmbratica miniſteria, qui non abſtinuiſſent etiam vxori-bus proprijs; q̃to magis decet noſtros ſacerdotes & leui-tas pudicitiam ex ordinationis ſuæ die ſeruare, quibus, et ſacerdotium, & miniſterium, ſine ſucceſſione eſt: nec præ-terit dies, qua vel à ſacrificijs diuinis, non illis vmbraticis taurorum, hircorum, aut vitulorum, ſed his ſacroſanctis tremẽdisq; corporis et ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti tra-ctandis myſterijs, vel baptiſmatis conferendi vacent offi-cio. Nam ſi Paulus matrimonio deuinctis ſuadet, vt cõ-muni conſenſu ad tempus ab officijs ſe coniugalibus con-tineant, quo orationi ſint magis idonei: quid ſacerdotes faciẽt, quibus & ſacrificandi, et orandi, tam pro ſe, q̃ pro populo incumbit iuge officium? Hæc atque eiuſmodi il-le ad Exuperium.

Leo veterẽ tuetur regulam.

Tẽpore beatiſs. illius Leonis, prædictorum vigilan-tia ac diligentia iã ferè extirpatę erãt huius mali reliquię,

quod ille Iouinianus pestilentissima sua doctrina in ecclesiam inuexerat, & suo vigori restituta lex continẽtiæ in ministris ecclesiæ. Cuius tamen ille, ecclesiarum præsules, ne quid rursus aduersus eandem vsq; nouari aut committi sinerent, diligenter admonet. Qua de re ad Rusticum Narboneñ. Episcopum rescripsit in hæc verba.

Lex cõtinentiæ, eadem est altaris ministris, quæ Episcopis & presbyteris. Qui, cum essent laici, siue etiam lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos gradus peruenerũt, cœpit eis non licere quod licuit. Et ad Anastasium Tessaloniceñ. Episcopum, suum per Orientem legatum ac Vicariũ. Sacerdotum, inquit, est tam excellens electio, vt hæc quæ in alijs ecclesiæ membris non vocantur in culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cũ extra clericorum ordinẽ constitutis, nuptiarũ societati, & procreationi liberorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus carnale connubium conceditur. vt qui habent, sint tanquam non habentes: et qui non habent, singulares permaneant. Quòd si in hoc ordine, qui est quartus à capite, dignum est custodiri: quanto magis in primo, aut secundo, aut tertio seruandum est, ne aut Leuitico ministerio, aut presbyterali honore: aut Episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria necdum refrenasse detegitur? Hæc ille sanctus & doctissimus Leo.

Pro restituenda etiam illa quæ per Iouinianum labefactata fuerat continentiæ antiqua regula, in multis quoque prouincialibus cõcilijs diligenter laboratum inuenitur. Quod eorundem, quæ adhuc leguntur, decreta attestantur. Vt in Meldensi, Mediolanensi, Toletano primo, & quinto concilijs. Quorum decreta leguntur. xxxij. & .lxxxi. dis.

Concilia. Melden. Mediolaneñ. Toletanum. i. et. v.

Quod autem, nō solum in Romana & Occidentali, sed etiam vniuersa Africana ecclesia, eadem continentiæ lex in ecclesiæ ministris ab ipso penè initio obseruata fuerit: vt non solum, nubere illis nō liceret, sed nec vti matrimonio cōtracto ante assumptum ministeriū: primū, secūdum, & sextū Carthaginen̄. cōcilia euidēter demōstrāt.

Eadem cælibatus lex etiā in Africana ecclesia obseruata ab initio.

Conc. Carthaginen̄. 1.

Concilij Carthaginen̄. primi hoc inter cætera decretum legitur.

Placuit Episcopos, presbyteros, diaconos & subdiaconos, secūdum priora instituta, etiam abstinere ab vxoribus proprijs: quod nisi fecerint ab ecclesiastico remoueantur officio. Citatur à Gratiano. xxxij. dist.

Conc. Carthaginen̄. 2.

In secundo Carthaginen̄. concilio in hæc verba decretum legitur.

Cum in præterito concilio de cōtinentiæ & castitatis moderamine tractaretur, isti tres gradus, conscriptione quadā, castitati per consecrationem annexi sunt. Episcopi inquam, presbyteri, & diaconi. Itaq; placuit, vt condecet sacrosanctos Antistites, ac Dei sacerdotes, & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus: quò possint simpliciter quod à domino postulant impetrare. vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus. Ab vniuersis Episcopis dictū est sępius. Placet, vt Episcopi, presbyteri, & diaconi, & qui sacramenta contractant, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineāt. Hactenus verba decreti. Et citatur à Gratiano, partim. xxxi. dist. c. Episcopos. partim. lxxxiiij. c. Cum in præterito. Notabis autē in vtroq; horum decretorū. In primo, quod dicitur (secūdū priora statuta.) In secūdo vero, (vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus.) Ex quibus intelligis, nihil tunc ea in re decretū fuisse noui. sed tm̄ exacta antiqua traditio atq; obseruantia:

Nota huius legis antiquitatem, vtque descendēt ex doctrina apostolica.

quam, ab Apostolorum doctrina affirmant traxisse originem.

In sexto Carthagineñ. concilio, ita decretum legitur: Cum de quorundam clericorũ, quãuis erga vxores proprias incontinentia referatur, placuit, Episcopos, presbyteros, & diaconos, secundum priora statuta, etiã ab vxoribus cõtinere. quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc nõ cogi, sed vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. Hactenus decreti verba. Cõc. Cartha. vi.

Eadem hæc continentiæ lex, à sanctiss, doctissimisq; patribus nostris semper probata est, velut ex institutione diuina & apostolica. Origenes dictum Pauli locũ tractans, quo docet coniuges abstinere subinde à carnis commercio, ut vacent orationi. Certum est, inquit, impediri sacrificium iuge aut indesinens, ijs, qui necessitatibus coniugalibus inseruiunt. vnde mihi videtur, quod illius solius est offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti & perpetuæ se castitati deuouerit. Ita quoq; d. Ambrosius, Si plebeis, inquit, hominibus, orationis causa ad tempus abstinere pręcepit Apostolus, vt vacent orationi, quanto magis Leuitis & sacerdotibus, quos diu noctuq; pro plebe sibi commissã orare oportet? Ita & orthodoxus ille Hieronymus aduersus Iouinianũ in hoc totus est: aduersus quem lib. i. ex dictis verbis Apostoli ratiocinatur in hunc modum. Sed & hoc, inquit, inferendum est, si laicus & quicunque fidelis digne orare non põt, nisi abstineat officio coniugali: sacerdoti, cui semper pro officio offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: ergo semper carendum matrimonio. Nã & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebãt, non solum in domibus suis non erant: sed purificabantur ad tempus ab vxoribus: & vinum & siceram non bibebant quæ li-

Eadem cõtinẽtię lex, vt orthodoxorũ patrũ semper tulerit calculũ.

Origenes.

Ambrosius.

Hieronymus.

libidinem solent prouocare. Obijcienti autē de Petro & alijs plerisq; Apostolorum, qui vxores habuisse leguntur: respōdet eosdem habuisse quidem vxores, sed quas acceperant eo tempore quo euangelium nesciebant: qui assumpti postea in apostolatum, reliquerunt coniugale officium. Hæc ille. Breuiter vniuersa his antiquitas consonat, & testimonium perhibet nūquam licuisse, Episcopis, presbyteris, & altaris ministris diaconibus nubere: idq;, vt demonstrauimus, ex institutione Apostolica. et quod in Latina, Occidentali, & Africana ecclesia, nec mariti quidem vnq̄ assumpti fuerint ad præfatos gradus sacri ordinis, nisi sub sponsione perpetuæ continentiæ, et ab vxoribus proprijs. Quæ ideo retulimus aliquanto prolixius, quo quisq; clare intelligeret ortū, progressum, confirmationemq; legis de cœlibatu sacerdotum & altaris ministrorum: confunderetur q; aduersariorum, præsertim autem Philippi, nimis impudens & prorsus intoleranda arrogantia, & prodigiosa cœcaq; impudentia. Quem, libello nuperrime, sub tēpus VVormatień. conuentus edito (in quo inter cætera, sacerdotū cōiugiū asserit) nihil pudet hijs quos audisti sanctissimis doctiss. q; patribus, Pontificibus, & qui sanguine suo nobis contestatum reliquerunt nihil se q̄ vnam Christi gloriam, religionis nostræ dignitatem, & vtilitatē quæsisse aut quærere, & tantæ, tamq; consentienti antiquitati, cōtumeliosissime obsistere: non pudet dicere execrandos hypocritas, Pontifices Romanos, Cardinales, Episcopos, Monachos, ob suam stabiliendam tyrannidem introduxisse has leges tyrannicas, impias, Christi euangelio, apostolicis literis, & synodalibus decretis cōtrarias. Qua sua execranda blasphemia, ipsos recta percellit Apostolos, et diuinum spiritum. quem doctrinæ suæ, qua imbuerunt & instituerunt Christi ecclesiam, doctorem habuisse, certū

Philippi & aduersariorū, q̄ sit impudēs de dicta lege calumnia.

prorsus atq; indubitatum est. Nam Apostolos fuisse illius legis cœlibatus authores, maxime, qua interdictum est sacerdotibus & altaris ministris nubere, supra clarissime demonstrauimus. Non pudet arrogantissimum homũcionẽ, Siricium, sanctum Pontificem, & qui ante annos mille ducentos magna cũ laude præsedit Christi ouili, impium dicere, arrogantem, stolidum, & digniorem qui remos in naui agitaret, quàm ad gubernaculum in ecclesia Christi sederet. De quo, in suo illo iuuẽtutis flore, feruens adhuc à recẽter fuso Christi & eius martyrũ sanguine, doctissimo illo sæculo; quod Hilarios, Ambrosios, Hieronymos, Augustinos nobis protulit, illa Christi ecclesia, aliud, & à Philippo diuersissimum habuit iudicium. Quod intelligere licet, ex beatiss. Ambrosii, Bassiani, & cæterorum Episcoporum epistola, qua respondent, eius ad Mediolanen. ecclesiam, de damnato à se Iouiniano & complicibus, epistolæ. Recognouimus, inquiunt, ex literis sanctitatis tuæ, boni pastoris excubias: qui fideliter commissam tibi ianuam serues, & pia solicitudine Christi ouile custodias: dignũ q; quẽ oues Christi audiãt & sequãtur. & ideo, quia nostis quiculas Christi, lupos facile deprehendis: & occurris quasi prouidus pastor. ne isti, moribus perfidię suæ, feraliq; vlulatu, dominicum ouile dispergant. Deinde multa diuinarum scripturarũ testimonia inducentes, aduersus Iouiniani recte dãnatã ab eodẽ b. Syricio impietatẽ, qua coniugio apud Deum non præferebat virginitatis meritum, sed promiscue confundens omnia, diuersorum gradus meritorum abrogare, & paupertatem quandam (vt illorum verbis vtar) cœlestium remunerationum inducere conatus est. (Quam eãdem, tot sæculis damnatam, ab inferis reuocare moliuntur hi discipuli illius, aduersus quos agimus.) Sed quid, inquiunt, plura apud magistrum atq; doctorem

Nota lector, Philippi modestiã, & censuram de viris doctiss. & sanctiss.

rem: cuntiam dignum præmium retulerint illi perfidiæ suæ, etc. Itaq; Iouinianum, Auxētium, Germinatorem, Felicē, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoq;, secūdum iudicium tuum esse damnatos. Hæc ille d. Ambrosius, & vna cum illo decē Episcopi, & omnes ordines ecclesiastici illius tractus, qui dictæ epistolæ subscripserunt. Quorum audis, atq; in illis, commune totius ecclesiæ catholicæ, de suo illo pastore iudicium: velut digno, quem audirent & sequerentur oues Christi vniuersæ: vt pia solicitudine Christi ouile custodiētem, ab hereticorum pestiferis morsibus. Quem & magistrū & doctorem suum recognouerūt. cuius & iudicium sequuti sunt. Et hic, Philippo iudice, impius pronunciatur, arrogans & stolidus, dignior q; qui remos in naui agitaret, quàm ad gubernaculū in ecclesia Christi sederet. Huius ne ergo homuntionis nugacissimi, planè excæcati philautia, & assectarum suorū, stupidissimorū atq; impijssimorum hominum assentationibus mente alienati, quisq; feret arrogantiam, immodestiam, petulantiam? Sed zelatur pro suo præceptore Iouiniano discipulus: & indignè fert damnatum illum à s. Syricio: cuius causa: nec diuo illi doctissimo q; ecclesiæ doctori Hieronymo est multo equior: Cui & ipsi, petulātissimè insultare nō erubescit: nec eū pudet dicere, nequaquā digna Christiano doctore oratione egisse illum aduersus Iouinianum. Non deniq; pudet, b. Innocentium, etiam horrendi criminis, falsatarum nempe diuinarum scripturarum, reum peragere. Quid sibi non arrogat mortiscinæ carnis pellicula?

Sed manet, inquit, adhuc hodie mos ille in Græcanica ecclesia, vt sacerdotes nubant: & non solum mariti eligantur ad sacerdotium: nec vt nubant semel tantum, sed quoties

quoties voluerint, etiam decies si ita tulerit res. Ad hæc. Zozomeno authore, ex Paphnutij cõsilio non recepisse Nicænum concilium legem cœlibatus in ministris ecclesiæ, quam quidam illis conabantur inducere. Ita'ne Philippe nullius te pudet impudentiæ? Ita'ne adhuc hodie perdurat mos ille in Græca ecclesia, vt sacerdotes nubãt quoties voluerint: etiam decies, si ita res tulerit? Ego sanè pro dignitate mecum mirari non sufficio, quid huic homini in mentem venerit, quòd in hoc tanto doctorum hominum cõuentu, ausus sit proferre istiusmodi: & principibus, regibus, Imperatori, atque ipsi adeo orbi obtrudere. Puto quòd sibi persuaserit nos omnes esse stipites: sibi vero vni licere, quidlibet dicere & edicere. Nisi enim hoc sibi persuaserit, nõ intelligo quid de hac eius audacia sentire aut cogitare debeam. cum ipsa rei euidentia impudentissimi illum conuincat mendacij. Quandoquidẽ omnibus notum est, quibus mos Græce, quem adhuc hodie obseruãt, ecclesiæ, notus est: admitti quidẽ apud eos maritos ad sacerdotium, sed qui semel tantum, eique virgini nupserunt: at sacerdotes iam, & altaris ministros diacones, non nubere. Quòd si cuius, quã ante accepit, vxor obierit, illum, reliquum vitę tempus in sacerdotio cœlibem viuere oportere: Aeque & relictã sacerdotis, post mortem viri non posse alteri nubere: sed cogi cum Deo dicatis & religiosis mulieribus in mõasterio viuere. Episcopos apud eos nullos eligi, nisi ex monasterijs religiosos castitatem professos. Quód si qui inueniãtur apud illos mariti fuisse Episcopi, ijs aut vxorem iãdudum obijsse, vel communi voto cœlibatum eos coluisse, nihil dubitandum est. Certe quem diximus morem, in hodiernum vsque diem perdurare apud Græcos, Moscouitas, cæterosque vniuersos qui à Græca adhuc pendẽt ecclesia, atque eius ritũ institutaque obseruant, sciunt et testabuntur, qui-

Impudẽs Philippi mendaciũ, de nuptijs sacerdotũ Grecæ ecclesiæ.

Mos Grecę ecclesię circa sacerdotum etc. coniugia.

bus curæ fuit, mores quibus adhuc hodie illi viuunt, cognoscere: & Philippum condemnabunt imprudentissimi mendacij. Quod tamen, vt quo colore astrueret, affert decretũ Ancyranæ synodi: immo vt mendacio suo quoquo pacto videretur patrocinari & congruere, illud ipsum corrupit & falsificat: dicens in eo cõstitutũ, diacones cœlibes, si postea euecti ad gradũ superiorem, ducant vxores, cõcedendũ eis hoc esse, nisi votũ fecerint se nõ ducturos vxores. His addit, quod tunc liberũ eis fuerit vouere, aut non vouere. Ex quo constare vult secundũ huius concilij decretum, licere sacerdotibus nubere. Vult ẽt satis à se demonstratum, legem de cœlibatu sacerdotũ & ministrorum altaris aduersari decretis synodalibus.

Ex decreto Antyranę synodi q̃ infeliciter Philippus legem cœlibatus oppugnet.

Sed hoc vellem mihi responderet Philippus, etiam si nõ corrupisset & falsificasset decretum dictæ synodi, sed reuera ita decreuisset, quemadmodum illi falsò imponit, quà ratione vnius illius authoritatẽ, tot synodorũ, quot supra citauimus, authoritati certissimæ authoritatis, præferendam duceret: & ex vnius istius sententia, illarũ omnium consonam damnare sententiam? Sed bene habet, vt etiam suo ipsius testimonio deprehensa cõuictaq́; palàm teneatur impietas. Nõ hoc decreuit, quod is illi impudentissime & mendacissime affingit, Ancyrana synodus: sed de altaris ministris sub sacerdotibus ita decreuit, vt si qui eorum adhuc cœlibes & nuptiarum inexpertes, ab Episcopis ad eum gradum vocati & ordinati, de hoc expresse protestati fuerunt suæ ordinationis tempore, quòd continere non possent, sed vellent nubere, nec vlla ratione eam à se libertatem abdicare intenderent: si ijdem postea venirent ad nuptias, quòd id, sine sui gradus & ministerij periculo aut iactura facerent. eo, quòd sub ea velut licentia, ab Episcopo ordinati fuerant, id quod alijs, sine gradus sui periculo non lice-

Plagij euidenter cõuincitur

bat. Citatur hoc decretũ. xxviij. di. ca. Diaconi: Cui, duo ille intrusit mendacia. Primũ, quòd loqueretur de diaconibus, qui cœlibes, sed sine expresso voto continentię, ad eum gradũ euecti fuerant: Cũ de illis nõ loquatur, sed de his qui expresse protestati sunt suæ ordinationis tempore, quòd continentiæ obligari noluerunt, nec abdicare libertatẽ contrahẽdi matrimonij. velut intelligẽtes quidẽ tacite includi in susceptione gradus istiusmodi, professionẽ continentię: tamẽ expresse protestãtes, nolle se ad eandem astringi: nec eiusmodi ministeriũ sub ea obligatione suscipere. sed si ecclesia opus haberet atq; vti vellet eorũ ministerio, id permissa sibi pristina illa nubẽdi licẽtia faceret. Nã sine expressa istiusmodi protestatiõe cõtraria, quisquis cœlebs suscepisset diaconatus ministeriũ, eo ipso tacite intelligebatur, etiam secundum verba eiusdẽ Ancyrani canonis, professus continentiam. Ita enim habent eius verba. Quicunque sanè tacuerint, & susceperint manus impositionem, continentiam professi, si postea ad nuptias conuenerint, à ministerio cessare debebunt. Notabis autem, & diligenter conferes quod dicitur: Si tacuerint, & susceperint manus impositionem, continentiam professi. Quæ verba, susceptionem gradus diaconij, cum taciturnitate, aut sine expressa protestatione quod obligari nollent ad continentiam, tacitam habere professionem continentiæ clarissime significant. Nam si, vt obligarentur velut professi, continentiæ, eàm ipsam illis expresse vouendum fuisset & esset, non dixisset: Si tacuerint, & sic susceperint. Quomodo enim qui tacet, expresse vouet? Alterum mendacium, quod eidem Ancyrano decreto Philippus intrusit, immo, quo ipsum impudenter falsificauit, est, quòd dicit ipsum loqui de diaconibus, in cœlibatu, sed sine expresso eius voto promotis, quòd si ijdem postea ad superiorem gra-

Susceptionem sacerdotij aut diaconatus, tacite includere professionẽ cõtinentię.

dum euecti vxores ducant, ipsis concedendum hoc esse, sine gradus aut officij sui iactura aut periculo. Nam Ancyranum illud decretum, nihil loquitur de diaconibus, quomodo dictum est, promotis, & postea euectis ad gradum superiorem, nempe, sacerdotium: nec dicit, quod ad illum iam euectis, in eo licuerit nubere: immo, Philippi sunt hæc additamenta & mendacia. sed solum de his qui ad diaconatus gradum cum ea qua dictum est protestatione promoti sunt, dicit, quòd si in eo ipso, non vero in sacerdotio, de quo non loquitur, postea contraherent nuptias, non propterea priuādi essent suo officio ac ministerio. quum illud quod tacite inerat susceptioni gradus, cōtraria protestatio excluserat. Et istiusmodi argumentis, audet ille reclamare vniuersæ retro ecclesiæ ab initio: audet blasphemare doctrinam spiritus sancti & apostolicam: audet tot apostolorum successoribus, viris sanctissimis & doctissimis, maledicere: tot conciliorum authoritatem nihili facere: immo, non pudet illum decreta conciliorum corrumpere, & proferre mendacia aperta notoria atque impudentia, velut certam veritatem: & petulantissime insultare his quos deprehendit affirmare contrarium: velut non ita nuper introductum à Romanis Pontificibus, Cardinalibus, Episcopis, Monachis, ad suam stabiliendam tyrannidem, id quod ex apostolica traditione ab initio recepit vniuersa Christi ecclesia, & vsque nos conseruatum est.

Penè pręterierā argumētū eius alterū, quo mire sibi placet, & decretorū glossatorē, & iurispontificij professores, odiosissime flagellat, & penè stipites facit. Siquidem, in rescripto b. Stephani papę. (quod citatur. xxxi. dis. c. Aliter) verbulum captat, vnde astruere sibi pulchre videtur impudentissimum suum et notorium mendacium, quod in ecclesia Orientali & Grecanica semper licuerit

Vt tractet decreta, Glossatorem, & Iuris

et vsitatum fuerit nubere, etiam quotiescunque voluerint: modo simul non nisi vnam vxorem haberent. Verba rescripti sic habēt. Aliter se habet Orientalium traditio ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nā eorū sacerdotes, diaconi, et subdiaconi, matrimonio copulantur. Vbi, ex hoc verbo, copulantur, ille argumentum facit & fortiter concludit, quòd eorū sacerdotes nubant, & matrimonia contrahāt. & hic crassissime illi errat glossator, quòd ex verbo illo non intellexerit hāc ipsam eius sententiam. Quasi vero, matrimonij vinculo non copulentur vir & vxor, quādiu viuunt vterque & constat inter ipsos matrimonium? Hic prodigiosi & intolerabilis erroris accusat Iuris pōtificij professores, magno consensu affirmātes, posse eligi maritos sacerdotes: sed vt ordinati cœlibes, iam sacerdotes nubāt, concedi non posse. Cuius erroris causam, ipsis vult esse historiarū ignorantiam. Sed quas tu Philippe hic nobis profers historias? Affirmo ego nec verbum quidem vllum inueniri vllius scriptorum ecclesiasticorum omnium, quod contradicat explicatæ iam à nobis sentētiæ. Quòd, si proferre poteris, à te patiar conuitium, sub quo te ipsum traducis orbi, impudentissimi hominis.

Pontificij professores.

Hoc quidē inuenies, vt sancta ac salutaria omnia, ita & hanc continentiæ legem, illius omnis puritatis, omnis boni hostis studio, per eius satellites arietatā subinde, nōnunquam & inclinatam, ac labefactatā fuisse: primum, penè vniuersaliter per pestilētissimum illum Iouinianum, sub. b. Siricio & Innocētio deinde: particulariter, per luxum & petulantiam Cleri germanici, sub Gregorio. vij. & nonnullis eius prædecessoribus: attamen aduersus illos oēs semper viguisse atque obtinuisse authoritatē sedis apostolicæ, & suum vigorem vindicasse, asseruisse, & cōseruasse regulæ & legi veteri, etiam quicquid contra illi in-

ſanierint. In quã, quòd nouiſſimis his annis aliquot licen ter nimis commiſerunt ſacerdotes, & altaris miniſtri pleriq;, prȩcipue aũt per Germaniã, & nunc vniuerſam, aduerſarij noſtri impudenter reijciũt, eſt quod doleamus: quodq; dolent boni nobiſcum oẽs, adeo nunc iacere publicam diſciplinã eccleſiæ: ſacratiſſimas leges conculcari: eccleſiaſticæ hierarchiæ authoritatem contemni ac negligi. eſt, cui omnes, efficax et ſalutare remediũ adhiberi cupiunt: ſed vt licite, aut illi fecerint, aut hij faciant, non facit multitudo peccãtium. Vȩ illis, atq; iterum væ, qui vita ſua palàm ſcelerata atq; incontinẽti ſcandalizarũt Chriſti eccleſiam. væ & iſtis, ſed grauius, & ter vȩ, qui docẽt malum bonum, & bonum malum: lucem tenebras, & tenebras lucem ſtatuunt. qui continentiæ legẽ planè proijciunt, conculcant, & contemnendam docẽt omnibus. nõ ſatis habent perire ipſi, ſed magno ſtudio vniuerſos ſecum attrahere conantur in interitum. qui incontinentiæ ſuȩ, addunt pernicioſiſſimam hȩreſim, et Iouinianum nobis reuocant ab inferis. vȩ etiam paſtoribus noſtris, atq; iterum vȩ, quorum culpa, oſcitantia, & negligentia hæc mala inundarũt in Chriſti eccleſiam. Sed horum omniũ peccata, nunquam facient, quin damnationem accepturi ſint, qui primam fidem aut ſponſionem continentiæ quam Deo fecerunt, irritam faciunt: niſi ſalutari pœnitentia culpam diluant. nunquam facient licere ſacerdotibus & altaris miniſtris nubere: nunquam facient, quin ſancta ſit lex continentiæ præſcripta iiſdem: quam ex apoſtolica doctrina, traditione & conſtitutione perueniſſe ad nos clariſſime demonſtrauimus.

Vt nemini, aduerſus dictam legẽ cælibatus quicquam ſit

Aduerſus quã nõ video quid cuiq̃ eſſe poſſit iuſtȩ q̃rimoniæ: vt q̃ nulli imponit quicq̃ intolerabile. neminem obligat niſi vltroneũ et dedititiũ. Non tibi placet cœlebs ſacerdotium? duc vxorem. Nemo te cogit ſacerdotẽ fie-

ri. nemo inuitum te, obligare cõtinentiæ perpetuæ. Ab- stine ergo sacerdotio, quod nosti eiusmodi conditio- nem annexam habere. Cui si te vltro subdis & ingeris, quid habes, quo cum, quàm tecum expostules? Sed volo, inquis, sacerdos esse, & vxorẽ ducere. Electio- nis hoc est ecclesiæ, an te sacerdotem velit: non tui arbi trij. Non vult autem, nisi velis vitam cœlibem agere, & in cæteris etiam sacerdotio dignus sis. Quid hic habes, quod cum quoquã expostules? Si non placet conditio, aliud tibi placens vitæ institutum elige. Nemo inuitũ te cogit quod nõ placet, sequi. Vt sacerdotes nuberẽt, nusq̃ ab initio apud vllos Christi nomẽ professos licuit. Occi dentalis, Latina, et Africana ecclesia, maritos sacerdotes, nisi cũ vxoribus continentiã profitentes, noluit. De quo, nemo põt conqueri: cum ecclesia suo ea in re iure vtatur: vt non admittat ad sacerdotiũ nisi quos voluerit, & eo di gnos existimauerit: nec quisquam sibi velut iure deberi il lud ipsum potest prætendere.

Iustæ querimoniæ.

Aduersus vero hãc scabiẽ, q̃ nunc occupauit & defor mauit ecclesię faciẽ, alio remedio, quã vxores cõcedẽdo, opus erat. alio cauterio q̃ scabẽdo & puriginẽ magis ex- citãdo, persanãda erat hęc scabies. restituẽda publica disci plina ecclesię. restituẽda sua forma, suus vigor hierarchię ecclesiasticæ, quæ super illã vigilet, eãdẽ exigat, hos incõ tinẽtes & scabiosos cogat ad alia suæ incontinentiæ phar maca manum extendere: qualia supra indicauimus, & nobis inculcat ille Origenes hom. ix. in Leuiticũ: Non auditis, inquit, ex diuinis scripturis quia certamen est inter homines carni aduersus spiritum, & spiritui ad- uersus carnem? Nescitis, quia si carnem solam nutria- tis, & ipsam frequenti mollicie, et iugi deliciarum fluxu foueatis, insolescat necessario aduersus spiritum, & for- tior illo efficiatur? Quod si fiat, sine dubio eum in suam

Aduersus incõtinentiæ scabiẽ, quę faciẽ deformauit ecclesiæ, alio opus esse remedio, q̃ coniugio.

ditionem redactum suis coget legibus & vitijs obedire. Si vero ad ecclesiam frequenter veniens, aurem literis diuinis admoueas, explanationemq; mãdatorum cœlestiũ capias: sicut cibis & delicijs caro, ita spiritus verbis diuinis conualescet, ac sensibus & cupiditatibus robustior effectus, carnem sibi parere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus, sunt diuina lectio, orationes assiduę, sermo doctrinæ. His alitur cibis, his cõualescit, his victor efficitur. Quod, quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis: nolite dicere, quia volumus, sed non possumus: volumus continenter viuere, sed carnis infirmitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. tu das stimulos carni tuæ: tu eam aduersus spiritum tuũ armas, & potentem facis, cum eam carnibus satias, vino nimio inundas, omni mollicie palpas & ad illecebras nutris. Ad hæc inquã, et eiusmodi remedia, vtinam, quibus dictum est, modis, cogerentur manum adhibere sacerdotes, & cæteri diuino dedicati ascriptiq; ministerio, qui ob carnis infirmitatem & lasciuiam dicunt se non posse continenter viuere: & in futurum prouideretur vt essent pauci sacerdotes, & qui ætate, eruditione, & moribus, singulariq; & discreta vita à populo, tueri possent dignitatem sacerdotij apud populum, simulq;(quod fieri posset) publice prouideretur, vt hij pauci, multis, atque adeo omnibus sufficerent, & melius se haberet, nisi ego fallor, Christiana religio.

Conuincitur ex verbis Zozomeni, nec tẽpore Nicæni concilij sacerdotibus pmissas nuptias.

De Paphnutio & Nicæno concilio ex Zozomeno quæ adducunt illi, aperte confirmant, non infirmant nostram sententiã. Tractabatur nanq; in illo cõcilio, vt morem Romanæ, Occidẽtalis, & Africanæ ecclesiæ de absoluta sacerdotum & altaris ministrorum continentia, ẽt ab vxoribus proprijs quas & ante susceptũ gradũ & cõsecrationẽ habuissent, vniuersaliter ĩtroducerẽt, & iã ferè in eam

in eam partē inclinauerant patrū sententiæ, sed contradixisse confessorē Paphnutiū, ea præcipue ratione, ne ipsis, aut eorum vxoribus, occasio ea fornicationis existeret. Diserte autē explicat Zozomenus, quæstionē tantū fuisse de coniugibus quas ante consecrationem duxerant: eo ipso locutionis genere clarissime significans, nec tūc vllos fuisse, qui iam sacerdotes, vxores duxissent, aduersus apostolorum decretum.

Et hæc quidem mihi sufficere posse videntur de proposita controuersia.

Tamen quoniam videri volūt aduersarij, dissolui nō debere monachorum suorum & sacerdotum coniugia, etiam vt darentur cōtracta illicite et damnabiliter, quorsum citant D. Augustini, ex lib. eius, de bono coniugali & sancta viduitate, ad Iulianam, sentētiam, qua improbat eorum opinionem, qui existimabant lapsarum à sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse coniugia, sed adulteria: affirmans non paruum inde malum consequi, vt à maritis separentur vxores, quasi adulteræ sint non vxores. Nam cum volunt, inquit, eas separatas reddere continētes, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis vxoribus viuis alteras ducunt: Etiam de hoc ipso nonnihil nobis dicendum est: & explicanda certa orthodoxaq; veritas. Quod tamen priusq̄: faciam libuit etiam hic admonere aduersarios, quando nunc dictam Augustini pro se inducunt sententiam, vtique se non posse eiusdem refutare sententiam, quam eodem loco prædictis verbis continuo coniungit & subijcit in hæc verba.

An, vt damnabilis, ita et irrita ac dissoluenda sint sacerdotum monachorum'que coniugia.

Argumētū aduersariorū, ex verbis Augustini.

Quam infeliciter īducāt Augustinū pro se.

Sed planè nō dubitauerim, inquit, dicere lapsus et ruinas à castitate sanctiori quæ vouetur Deo, adulterijs esse peiores. Si enim (quod nullomodo dubitandum est) ad Christi offensionem pertinet, cum membrum eius fidem

non seruat marito, quãto grauius offenditur ipse Deus, cum illi ipsi non seruatur fides, in eo quod exigit oblatum, quod non exegerat offerendum? Cum enim quisq; non reddit, quod non imperio compulsus, sed cõsilio cõmonitus vouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatẽ, quanto minus habuit vouẽdi necessitatem. Hactenus ille. Cuius si vera sit sententia, quam superiore cõtrouersia demonstrauimus verissimam, et cui, eam pro se profeɾentes, ita se fecerunt obnoxios, vt refutare eandem non possint: falsissima ergo sit oportet eorũ doctrina, qua docent monachos & sacerdotes qui castitatem Deo vouerunt, licite contrahere matrimonia. Quanq̃ hoc nobis argumento aduersus ipsos nihil opus fuerat: vt qui in præcedenti controuersia falsissimam atque impijssimam esse hac de re eorundem doctrinam luce clarius demonstrauimus. Nunc ad id quod est propositum.

Responsio ad quæstionem. *Simplici voto astrictos, damnabiliter quidẽ nubere, nõ tamen irrite.*

Placet nobis citata ab aduersarijs Augustini sententia quod quamuis voto castitatis Deo obstricti, grauissime peccent si nubant: non esse tamen irritum hoc ipsum matrimonium, nec separandum, quando simplici tantum voto, quod quisq; penes se emisit, Deo obligatus est. Nulla enim lex obsistit matrimonijs eiusmodi, quo minus sint valida: sed nec potest, aut potuit. quãdo alterius cõtrahẽtium votum simplex eiusmodi, alteri probabiliter potest esse incognitum. & plena deceptionibus innocentum forent coniugia, si ob alterius votũ simplex, quod post contractum consummatumq; ante se vouisse proferret, separari a se deberent, & matrimoniũ dirimi. Secus est in professione castitatis, quæ solenniter cum consecratione aliqua suscipitur: cuius nemo pretẽdere potest nisi crassam ignorantiam. Nam post eiusmodi professionem contracta coniugia, coniugia non sunt: sed incæstæ copulæ. vt verissime aduersus Iouinianum dixit ille orthodoxus

Secus de solenni, post quod contracta coniugia, non esse cõiugia, sed incæstas copulas

Hieronymus. Virgines, inquit, quæ post consecrationẽ nupserint, non tam adulteræ sunt, q̃ incæstæ.

Et quamuis fortassis ex ipsa professionis solẽnis & cõsecrationis natura non inducatur hæc, inter ipsam, & votum simplex, diuersitas: ex ipso tamen ecclesiastico interdicto hanc inter eá diuersitatẽ consistere certũ est: quod resistit contractis ab hijs qui cum cõsecratione quadam & ritu solenni, professionem castitatis susceperunt: atque irrita reddit, nec sinit esse valida. non vero resistit contractis ab hijs, qui simplici tantum voto obstricti sunt.

Vnde pẽdeat dicta, inter votum simplex, et solenne differentia.

Quòd autem interdictum ecclesiæ istiusmodi, nõ cœperit ab heri aut nudius tertius, sed fuerit in ipsa etiã primitiua ecclesia, B. Calisti ea de re decretũ clarissime demonstrat, quod habet in hæc verba.

Calistus. Ab ipso ecclesiæ initio irritata fuisse coniugia cõtracta à sacerdotibus diaconis et sub diaconis, & monachis.

Presbyteris, diaconibus subdiaconibus, & monachis, cõcubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdicimus. Contracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis, disiungi, et personas ipsas ad pœnitẽtiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum definitionẽ iudicamus. Hactenus decreti verba, quod citatur. xxvij. dist. Inijt autem hic Calistus Pontificatum Romanæ ecclesiæ (vt Eusebi⁹ author est) anno à nato saluatore. cc.xxij. martyrio coronatus sub Alexandro Mammeæ, non supra. xx. annos post ipsa Apostolorum tempora, & Ioannis Euangelistæ exitum. Notabis vero, in verbis eius decreti, quod Calistus ipse, non author, sed exactor eiusdẽ fuerit. Iuxta, inquit, sacrorum canonum definitionem; non quos ipse fecit, sed quos inuenit: secundum quos ipse irrita ac dirimenda pronunciat matrimonia, quæ à memoratis personis, cum consecratione quadam, aut solenni professione astrictis instituto vitæ cœlibis, contracta sunt. Et hoc interdictum, ab ipso, vt vides, ecclesiæ initio in hanc vsque horam perpetuo permansit in

Irritatis illius decreti Calistus nõ author sed exactor.

ecclesia. Quod ipsum testãtur canones sub titu. Qui clerici, aut vo. ma. con. poss. Et qui inducuntur alijs locis q̃ plurimis.

Ecclesiæ certa authoritas super irritandis quibusdam cõiugiis, quę alioqui essent rata et licita.

Quòd si quis hic nobis in dubium reuocet, an ecclesia interdictis suis irrita facere potuerit aut posit matrimonia, quæ sublatis ijsdem essent rata ac licita: Is ille, vniuersam ab initio ecclesiam intolerabilis impietatis ream faciet: quę suis interdictis, inter attinentes sibi certis cognationis & affinitatis gradibus personas, cõtracta matrimonia irrita semper fecit: quæ sublatis interdictis ijsdem essent rata ac ilicita. Nam, cum lege naturæ nullæ sint personæ cognationis aut affinitatis ratione prohibitæ in matrimonio, q̃ pater & filia, mater & filius, sed secũdum eãdem, licita erant inter fratres & sorores contracta cõnubia: quæ etiam cum diuina benedictione celebrata leguntur à sanctis patriarchis et patribus vsq; ad legem datam per Moysen, qua libertas illa naturalis legis hac in re restrictior facta est: Nec quicquã ad nos pertineat, quicquid lege illa Mosayca, naturali legi ĩuenitur superadditũ: Cum eadẽ, quatenus illius fuerat, nobis per Christũ sublata sit: Adhęc, cum nullum verbũ inueniatur de hoc, aut renouatum, aut constitutum à Christo aut Apostolis: Si tollas interdicta ecclesię, non inuenies vlla lege nobis interdici consanguineorum, immo, nec inter fratres et sorores coniugia. Quam licẽtiam, necesse est vt reducat in ecclesiam, quisquis hac in re infirmare voluerit authoritatem interdictorũ ecclesiæ. Sed absit eiusmodi, ab omni Christiano temeritas, & in matrẽ suã, catholicã Christi ecclesiã, tã iniuriosa contumelia, vt ipsam, vera matrimonia dissoluisse dicat, & coegisse adulterare homines. Cũ enim contractu quodam celebretur matrimonium, is ille, non solum ecclesiasticis, sed etiam ciuilibus ac politicis interdictis subiacet: atq; adeo subiacet, vt etiam ciui-

libus legibus; & publica consuetudine, inter ethnicos quoque irritari interdiciq; possint quædam matrimonia, & fieri non solum illicita, sed etiam inualida: quæ sublatis eiusmodi legibus & consuetudine, secundum limites iuris naturæ forent licita & valida. Proinde, non quouis consensu, sed legitimo, & inter personas legitimas, contrahuntur nuptiarum fœdera & coniugalis societas.

Ex his, de inducta ad præsentem controuersiam quęstione, quæ sit certa orthodoxaq; veritas, satis mihi demonstratum videtur.

Nec Ro. Pon. dispēsatiōe fieri posse, vt aduersariorū sacerdotes & monachi, in cōtractis coniugijs licite permaneant.

An vero ecclesiasticæ hierarchiæ præsidis, Ro. Pon. authoritate dispēsari possit cum aduersariorum sacerdotibus ac Monachis, vt in contractis per ipsos coniugijs licite permanere possint: certa est ex dictis responsio, quód non possit: cum contracta ab illis coniugia nulla sint, sed incæstæ copulæ. Nec potest ille, quod infectum fuit & irritum, facere vt eiusmodi non fuerit. Sed alia est quæstio, an possit ipsis concedere, cum eisdem mulieribus quibus illicite nunc copulantur, aut cum alijs, de nouo nubendi licentiam. De qua potestate ad præsens non disputo. Vnū hoc addo, mihi videri, quicquid absolute possit aut nō possit, quod non expediat, nec facere debeat: ob multas rationes quę mihi pręgnantissimę videntur.

CONTROVERSIA DECIMASEXTA.

De potestate ecclesiastica.

VT nullis suis artibus, nullis technis, magis se proficere callidus ille & antiquus serpens hostisq; humani generis intelligit, q̃ si, vt primis illis nostris parentibus, Deo, ita & nobis, sacris ab eodem constitutis ordinatisq; magistratibus, nõ obedire persuaserit: (inde enim & Dei, & cultus eius, vniuersæq; religionis neglectum videt consequi) ita nulli rei, excitatis ad hoc suis Apostolis, studet diligentius aut accuratius: presertim, cum hoc sibi videat ferè cessisse feliciter: ob insitæ omnibus appetitionis cuiusdam, nisi ratione moderetur, inordinatæ, libertatis inquã, cognatæq; superbiæ igniculum. Quem tamen, aliò respiciens, natura nobis indidit. Sic secularibus facile persuadetur, non subijci, non teneri sacerdotali authoritati & legibus. Ita cuique, ea quibus frena laxantur licentiæ, quibus illecebris, doctrinam suam studiose atque artificiose condiunt aduersarij. Aures arrigũt, tametsi pij alioqui principes, cum sua sibi iura detracta à sacerdotibus audiunt: & facile credũtur, quę per se arrident: facile incitantur ad quocunque sibi vendicanda modo, quæ persuadentur sibi deberi iure optimo: atq; ethnicam ferè dominationẽ, interdictã à Christo, instillatã ab hijs consultoribus, cõcipientes meditãtesq; animo, interim obliuiscũtur quòd Christianę ecclesię membra sint: quòd Christi regno seruiant. Sic (quorsum agit ille omnia) supernæ quoq; illius felicitatis regno, qui huius Christi regni finis est, exclusos, secum pertrahit in interitum. Cui cum strennuam

operam, hac in re nauent aduersarij, & in suæ confessionis illius conclusione fortiter persuadeāt, nullos, ecclesiasticis ordinibus & sacris eorūdem magistratibus, vllam obedientiā debere: tamē cū vel studio dissimulātius, vel imperitia confusius, indistinctius, atque in articulatius hoc ipsum fecissent & faciant: ille eorum antesignanus et vexillifer Philippus, quo suam suorumq; illam hac parte negligentiā suppleret, in medio illius ipsius conuentus tempore, libellum illum (cuius & supra mentionem fecimus) edidit: explicat in quo, præcipua aliquot controuersiarum quæ inter illos & nos sunt capita, aliquanto (vt sibi videtur) accuratius atque eruditius, q̄ eadem in confessione sua, atque eius apologia explicauerat. Ipsum enim vtriusque fuisse architectum pręcipuum, q̄uis communi nomine, palàm atque indubitatum est. adeo, vt in apologia nouissime VVittembergæ impressa, suū proprie nomen etiam profiteri non dubitauerit. inter cætera autem, etiā pręsentem suo more tractat controuersiā. In qua vnū hoc agit, vt omnibus Christianis persuadeat, Romanum pontificem, cum hijs qui eius authoritatem sequuntur, velut Antichristi regnum, deserere atque execrari. Reges autem & Principes singulariter aduersus eundem instigare atq; incitare conatur. Nec multo clementior est (quod mox intelliges) in vniuersos Episcopos.

Itaq; quo clarius, etiā hæc ipsa à nobis explicetur controuersia: ita vt omnes, quemadmodum in superioribus omnibus, ita & in hac, vnde præcipue pēdet pax & concordia, vnitas, atque adeo salus ecclesiæ, quæ sit ipsissima veritas clarissime intelligāt: vtq; etiam hæc secure possit quorumuis æquorum iudicum subire iudicium, ante nobis proponenda est illa ipsa aduersariorum sentētia, Deinde demonstranda illi contraria orthodoxa veritas,

Aduersariorũ sentẽn. de authoritate Ro. Pon. & paritate Episcoporum omnium.

Inprimis affirmant Romano Pontifici, nihil authoritatis, nec super cæteros totius orbis Episcopos, nec super magistratus ciuiles aut potestatem sæcularẽ, penes quã est ius gladij, diuino iure competere: sed omnes Episcopos in authoritate pares esse.

De authoritate Episcopali, & eorundem paritate cum presbyteris.

Secundo, nec Episcopis vllam authoritatem iure diuino concedũt super presbyteros aut sacerdotes reliquos: immo nullam ex iure diuino distinctionẽ esse inter presbyteros & episcopos, sed humana authoritate distinctionem hanc introductam: per quam, vni commissum fuerit, vt ordinaret ministros in diuersis ecclesiis, atque ijsdem superintenderet.

De authoritate presbyterali, vt nulla sit, sed nudũ verbi & sacramẽtorum mandatũ ministeriũ.

Tertio, Nec sacerdotibus vllã specialem præ cæteris Christianis datã authoritatẽ diuinitus: sed sacerdotij authoritatẽ vniuersam, esse penes ecclesiam, atq; in ecclesia. Quæ possit quos velit, ministros verbi & sacramentorum eligere, atque ordinare, quibus ea vti liceat, quamdiu mandanti ministerium illud ecclesiæ, placuerit.

Iurisdictionis authoritatẽ sacerdotalẽ quã agnoscant.

Iurisdictionis vero authoritatem ex Christi ordinatiõe nullã agnoscunt in sacerdotibus, vt eiusmodi: præter illam communem omnibus, excommunicandi reos manifestorum criminum: idq; velut nomine & ex commissione ecclesiæ: quam tyrannice ad se solos transtulisse Episcopos criminantur. Quibus cur non obediant, cum iustas causas se habere dicant, hanc reddidisse se affirmant ecclesiarum ministris & pastoribus. Confessio tamen, ad hæc tribuit episcopis authoritatem (cuius Philippus illo suo libello obliuiscitur) cognoscendi de doctrina, & doctrinam ab euangelio dissentientem reijciendi: in hijs duobus, nempe, excommunicandi, & cognoscendi hac authoritate, confitentur ecclesias illis præstare debere obedientiam: iuxta illud. Qui vos audit, me audit. Verum inquiunt, cum aliquid contra euangelium

liam docent, tunc ecclesias habere mandatum Dei, quod obedientiam prohibet.

Si quam aliqui potestatem, seu gladij seu iurisdictionis in cognoscendis certis causis, vt matrimonij, decimarum, &c. Episcopi habeant: eam habere illos, iure humano, vel donatam à regibus aut Imperatoribus.

In vniuersum autem, nulli vllam authoritatē aliquid pręcipiendi, ordinandi, aut constituendi, recognoscunt in vniuersa ecclesia, cui quisq̃ Christianus obedire teneatur, ita vt peccaret contra faciens.

Hæc est breuiter vniuersa aduersariorum de potestate ecclesiastica sententia: tam ex confessione, atque apologia eius: quam ex dicto Philippi libello, & cęterorū scriptis: satis, vt puto, fideliter et luculenter explicata. Quam ne querantur nudam atq; inermem à nobis productam, absq; rationibus quibus eandem astruunt, neq; has ascribere grauabimur.

Quod itaque Romano Pontifici, iure diuino nulla sit super alios Episcopos et Rectores superior authoritas, inde illi Philippo satis demōstratū videtur: quod Christus apud Lucam prohibuerit dominationē inter Apostolos: Dominationem autem, idem quod superioritatē intelligit: vt quam Christus voluerit tantum esse penes Reges & seculares principes. Item, Quod post, siue discrimine, & pares miserit Apostolos, dicens. Sicut misit me pater, ego mitto vos. Quod confirmat ex eo, quod Paulus nec ordinatus, nec confirmatus fuerit à Petro. Et quod idem exęquans ministros, doceat ecclesiam esse super eosdem: ita scribēs Corinth. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, id est, inquit; Nec cæteri ministri, nec Petrus, sibi sumant dominationem, aut superioritatem super ecclesiam: non onerēt ecclesiam traditionibus: non valeat authoritas plus q̃ verbū: nō oppo

Rationes eorū dem contra authoritatē Romani Pontificis.

Supra Episcopos cæteros.

hatur authoritas Cephæ, contra authoritatem aliorum Apostolorum. Sicut argumentabantur eo tēpore: Cephas hoc obseruat, qui est superior Apostolus: ergo & Paulus, & cæteri, hoc debent obseruare. Ita hic, nobis dicta verba Pauli sua illa authoritate explicat.

Hijs addit, Papam eligi ab ecclesia: et aliquando morē fuisse, vt Romani Pontifices confirmarentur ab Imperatoribus: Non ergo præesse illum vniuersæ ecclesiæ. Immo post longam inter Romanum & Constantinopolitanum Episcopos, de primatu, concertationem hunc tandem per Phocam Imperatorem, Romano, attributum fuisse. Addit & alia nonnula ex historijs, sed partim tam frigida & aliena à quęstione proposita, partim tam impudenter falsa, vt in eius gratiam, & quo breuitati necessariæ consulerem, prætereunda hic mihi viderentur: prę sertim cum eadem omnia, & quicquid ab illis omnibus comminisci potest, quatuor libris posterioribus de hierarchia ecclesiastica luculentissime confutauerimus. In gratiam autē suam hoc à me factum intelliget, si hijs nostris audebit contra mutire aut hiscere. Et certe demonstrati n hijs, se studio & pertinaciter errare: & veritati, quam in lectis nostris clarissime demōstratam cerneret, & suum errorem intelligeret, arucs claudere.

Supra magistratus ciuiles, & potestatem singularem. Quod item Romano Pontifici supra Magistratus ciuiles, & potestatem sæcularem, nulla cōpetat iure diuino authoritas, inde satis constare vult, quod Christus spiritualem tātum potestatem dederit Apostolis, nempe, docendi Euangelij: annunciandi remissionem peccatorum: administrandi sacramenta: excommunicandi impios: nō vero potestatem gladij, aut ius constituendi, occupandi, aut conferendi regna mundi. Ad quæ, vt ipse non venerat, ita nec miserit Apostolos: sed. Sicut, inquit, misit me pater, & ego mitto vos. Proinde, Papam non solum do

minationem, contra mandatum Christi inuasisse, sed etiã tyrannice prætulisse se Regibus omnibus.

Addit hijs, etiam vt illi constaret iure diuino hæc authoritas: non debere tamen nos eidem obedientiam. propterea, quòd defendat impios cultus, idololatriam, et doctrinam pugnantem cum Euangelio. & quia iis notis, quas de Antichristo scribit Apostolus, se facit notabilē. Primi generis argumenta profert. Quòd manifestam idololatriam affirmat in prophanatione missarum: quas Papa cum suis defendit. Quòd ab eodem cum suis, deprauata sit doctrina de pœnitentia. Doceri siquidem ab eisdem, remitti nobis peccata, propter dignitatem nostrorum operum. Iubere, vt dubitemus an nobis contingat peccatorum remissio. Nusquam docere, quòd gratis propter Christum remittantur peccata: Et quòd hac fide, consequamur remissionem peccatorum. Affinxisse satisfactiones, per quas tollatur beneficiũ Christi. Fauere horrendæ idololatriæ, quæ inuocatione sanctorum committitur. Tueri traditionem de cœlibatu, ex qua tot sunt orta flagitia. Doctrinam quoque de votis, quæ tantas tenebras offuderit Euangelio: vt quæ doceat, vota esse iustitiam coràm Deo, & mereri remissionem peccatorum.

Etiam vt constaret Ro. Põtifici iure diui no authoritas, quibus rationi bus eidem obe dientiam se nõ delere contendant.

Alterius generis, nempe, quòd notis illis quas de Antichristo describit Apostolus, se notabilem faciat, hæc argumenta producit. Quòd diuinam sibi authoritatem arroget. Hoc autem vult ad totius ecclesiæ iniuriam pertinere. Quod etiam supra cõcilia, suam authoritatem esse contendit, & eorum decreta rescindere posse, et resciderit subinde. pios omnes exhortans, vt hos tãtos errores, cũ regno Papæ abijciant, suamq; doctrinã contrariã: scilicet, veram & Euãgelicam, amplexentur. Singulariter autem Reges & Principes, vt ecclesię, ius

ſuum & facultatem, etiam de Papa, & erroribus eius ex verbo Dei liberè iudicādi, aſſerant. quo exerceri poſſint ſynodorum iudicia, in quibus non regnet Pontificis authoritas: ſed ſint libera, etiam aduerſus illum, Chriſtianorum ſuffragia.

Hæc ſunt rationes, ob quas non agnoſcunt, nec ſequuntur, ſed potius impugnāt authoritatē Romani Pōtificis. Quæ, tametſi in vniuerſis eorum ſcriptis recurrant, etiā vbi nec res nec locus poſtulat: diſſimularunt tamen in ſua confeſſione, atque Apologia eius, (conſilio, an caſu, alius forte dubitauerit, tametſi diuinare illud ipſum mihi videar) vniuerſam ſuam hac de re ſententiam: ſed ſimpliciter tantum, & in communi loquuntur de Epiſcopis. eo ipſo nihilominus ſatis innuētes naſuto lectori, nullam ſe diſtinctionem inter illos agnoſcere. Itaque quod illic minus explicatum videbatur, proprio libello, in medio, vt dixi, Vuormatieñ. colloquij conuentu, edito, Philippi diligentia suppleuit: & communem omnium hac de re ſententiam, communibus quoque, quas audiſti, rationibus aſſeruit.

Vt Epiſcoporum & presbyterorum paritatem probēt. Epiſcoporum, & presbyterorum, nullum ex Chriſti inſtitutione eſſe diſcrimen, ſed humana authoritate id introductum eſſe, qualecunque eſt, vt vnus ordinandi miniſtros in diuerſis eccleſijs, atque eiſdem ſuperintendendi, authoritatem haberet præ cæteris: ex Diui Hieronymi affirmat ſententia: quam ille, & in epiſtola ad Titum ſcribens, & in epiſtola ſua ad Euagrium, explicat. Cum autem Epiſcopos ordinarios, nunc hoſtes eccleſiæ faciant, eo quòd recuſent ordinare, quos ipſi expetunt aduerſarij: eccleſiam retinere ius ſuum, vocandi, eligendi, & ordinandi miniſtros affirmant: quod nulla illi poſſit eripere humana authoritas. Quod ipſum, ait ille, teſtari Apoſtolum ad Epheſios, cum ait: Aſcendit,

Vt, Eſſe penes fidelem populum, ius vocādi atque ordinandi ſibi pa-

dedit dona hominibus: & numerat inter dona propria ecclesiæ, pastores & doctores: & addit, dari tales ad ministerium, ad ædificationem corporis Christi. Inde concludens, ibi necessario esse ius eligendi & ordinandi ministros, vbi est vera ecclesia.

stores, Episcopos & presbyteros.

Eodem pertinere affirmat Christi sententias, quas testari dicit, claues, ecclesiæ datas esse. vt illam, Vbicunque erunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, &c. Eodẽ inducit illam Petri sentẽtiã. Vos estis regale sacerdotiũ. Quæ verba, inquit, ad veram ecclesiã pertinent. Quæ cũ sola habeat sacerdotium, certe habet ius eligendi & ordinandi ministros.

Huic ipsorum sententiæ, subscribere volunt communem olim consuetudinẽ ecclesiæ, quam ex epistola b. Cypriani ad Cornelium comprobant: secundum quam populus eligebat pastores & episcopos: quos electos, Episcopus, seu eius, seu vicinæ ecclesiæ, confirmabat impositione manuum; velut comprobans ordinationem populi. nec aliud tunc fuisse ordinationem. nec vllam cõfirmationem petitam à Romano Põtifice. Postea, inquit ille, accesserũt nouæ cæremonię, quas multas describit Dionysius: sed esse illum authorem nouum & fictitium, quisquis tandem sit, affirmat: sicut & Clementis scripta, supposititia. De cæteris, ab ordinatione, Episcopi officijs, vt confirmatione, et eiusmodi, dignum disputatione non existimat.

Illius vero sententiæ suę, de iurisdictionis authoritate competente episcopis & sacerdotibus, nulla argumenta proferunt: sed sua tantum authoritate pronunciant.

Quòd autem in ecclesia nulli ius competat aliquid statuendi, ordinandi, præcipiendi, leges condendi, seu de cęremonijs obseruandis in ecclesia, ieiunijs, ferijs, aut alijs quibuscunque, etiam quæ gradus ministrorum atque or

dinum eccleſiaſticorum, eorum exercitium, aut ſacramentorum miniſtrationem concernerent, ſi ſubijcerem quo pacto demonſtrent, ſcopas diſſolutas videres: & mihi ipſi nimium negocij facerem. Cum ſingula verba ſingularem reprehenſionem mereantur: nec ſit vlla ſententia, quæ cum alia cohæreat: nec vlla vllius ratiocinationis forma. Quod ipſe tu Lector verbo admonitus facile deprehendes, legens hac eius parte, confeſſionis ipſorum articulum. Poſt tamen, in reſponſione (ne ſibi forte' blandiantur) conabor demonſtrationis vniuerſæ eorundem, ſi quæ ſit, membra exprimere & componere: vt videre poſſimus quod monſtrum reſultet ex omnibus.

Marſilius Patauinus author ſententiæ aduerſariorū.

Hæc eſt aduerſariorum de poteſtate eccleſiaſtica ſententia: in qua Marſilium quendam Patauinum authorē ſequuntur, qui ante annos ducentos, ad Ludouicum Bauarum, temporibus Ioannis xxij. (à quo ille excommunicationis vinculo innodatus fuerat, ex cōtumace hęreticū facere ſatagēs) Imperatoriæ et ſæcularis poteſtatis aduerſus Pontificiam & eccleſiaſticam, velut apologiam quandam ſcripſit: cui, Defenſoris pacis, titulum fecit, quam tamē, omni ſtudio eliminare conatus eſt ab eccleſia. Cuius ſententiam, cum rationibus eius omnibus, quibus eandē nō ſine magno īgenio atq; artificio (in quo noſtros iā aduerſarios longe poſt ſe reliquit) accuratiſſime ac diligētiſſime aſſerere conatus eſt, quoniam libro quinto hierarchiæ noſtræ eccleſiaſticæ diligenter excuſſimus, et orthodoxam contra veritatem clariſſime demōſtrauimus: minus hic erit nobis negocij cum aduerſarijs in hac controuerſia. ſed capita tantum quædam argumentorum quæ illic copioſius à nobis explicata ſunt (ex quibus tamen ſufficienter & clare poſſit intelligi etiam per ſe euidens veritas) hic perſtrinxiſſe cōtēti erimus. pro pleniori vniuerſi huius argumenti cognitione illuc remiſſuri lectorem.

Explicatio ſententię catholicæ de poteſtate eccleſiaſtica

In primis, hoc velim Christiane Lector perpetue cogites, nobis esse disputationem de catholica Christi ecclesia, atque eius membris vniuersis ac partibus, vt initium cepit à Christo: in vniuersum orbem diffusa, & plantata apostolorum eius ministerio. Quæ, ab initio quidē erat pusilla & modica: at nūc lapis ille abscissus de monte sine manibus, in montem magnum & vehementer excreuit: adhuc impleturus vniuersam terram, quando omnes in ouile Christi introducti erunt. Cuius nūc ouilis & ecclesiæ, diuina gratia & misericordia etiā principes, Reges, Imperatores, Regna quoq; & Imperia, membra sunt.

Ecclesia.

Deinde et hoc memineris, ex hijs quæ superius in cōtrouersia de ecclesia, atq; alibi à nobis demonstrata sunt, vnam necessario esse catholicam ecclesiam: quemadmodum in symbolo fidei Nicænæ confessionis per eandem catholicam omnes profitemur ecclesiam: Quæ sit iuxta Apostoli aptissimam comparationem, velut immēsi animantis vnum corpus quoddam, & cuius membra sunt, Christifideles vniuersi, secundum diuersas functiones et officia: Nā corpus, inquit, non est vnum membrum, sed multa. Si enim essent omnia vnū membrū, vbi corpus? Nūc autem, multa quidem membra, vnum aūt corpus. Non potest autem dicere oculus manui; opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij: sed multo magis quæ videntur infirmiora mēbra corporis, necessariora sunt.

Ecclesia velut īmensi animātis vnum corpus.

In vno autem corpore, vt est prorsus necessaria membrorum omnium cōmunio quædam, per quam subordinata sibi, conspirent in vnum, & sibi mutuo subseruiāt, et in totius vtilitatē & salutem consentiant: (quod & supradictis verbis confirmat Apostolus) ita hoc solum est vinculum, quo multa colligantur in vnitatem vnius corporis. Quæ, in ecclesia, vt fidei vnitatem, velut fundamentū

Vnitatē corporis requirere, vt membra sub ordinata sibi, conspirent in vnū, et sibi mutuo subseruiāt

quoddam, ſocietatem illam conciliās, exigit in membris ſingulis: ita præcipue contineri eandem ordinis illo vinculo, ſupra & alibi demonſtrauimus.

Multorū communionē conſpirātē in vnū eſſe non poſſe, niſi regantur alicuius igemonici aut prīcipantis imperio.

Quin & hoc tecum cogites, etiam ſupra atq; alibi demonſtratum à nobis, & æque monſtrante natura, & ratione recta etiam philoſophis per ſe euidens, multorum cōmunionem conſpirantem in vnum, nec imaginari poſſe, ne dicam ſubſiſtere, niſi regantur alicuius ἡγεμονικοῦ aut principantis imperio: ſine quo, vt nullum membrorum, vtpote, rationabilium, & quorum ſingulum proprij ſui eſt iudicij & arbitrij, diu faceret quod eſt ſui officij: ita quodq;, ſi proprio iudicio et arbitrio duce ferretur in ea, quæ ſibi, vel toti, viderētur commoda, ferrentur neceſſario in contraria: & diſſolueretur neceſſaria vnitas corporis, membrorumq; conſpirans illa in totius vtilitatem & ſalutem communio. Velut, ſi cuiq; membro humani corporis, propriam rationem voluntatemq;, non dependentem ab altero, nec ſubiectam alteri, ſed ſecundum quam, quodq; per ſe moueri poſſet, cogitatiōe dederis: aut plura, diuerſaq;, nec ſibi mutuo ſubordinata motiua principia in eodem animante finxeris. Quorum vno, hac, alio mouēte in contrariū, velut momēto diſſolueretur totius vnitas. Ex quo euidenter quiuis intelligit, etiā in catholica Chriſti eccleſia neceſſario eſſe ἡγεμονικὸν, aut principans aliquod, cuius imperio regantur moderēturq; vniuerſa membra eccleſiaſtici corporis: ne quodque motum proprio ſuo iudicio & arbitrio, ſeſe mutuo impediant: totius ſalutem negligant: totius vnitatem diſſoluant.

Eſſe ergo neceſſario in eccleſia igemonicon aliquod.

Eccleſiam eſſe regnum Chriſti, et quā idē toties regnum

Inſuper & hoc tibi adſit in memoria, catholicam, de qua loquimur, eccleſiam, eſſe illud regnum Chriſti de quo loquitur Apoſtolus, dicens. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri: cum euacuauerit omnē principatum, poteſtatem, & virtutem. Oportet autem illum re-

gnare,

gnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius: nouissime autem inimica destruetur mors. Nã quòd Apostolus hic loquatur de hoc regno Christi super terram, non vero de illo cœlesti, ex verbis eius est euidẽtissimũ. De hoc enim loquitur, quod pręcedit consummationem aut finem, & mortis destructionem. Illud vero cœleste, subsequitur hæc omnia. Et quamuis nondum videamus subiecta illi omnia, vt idem dicit Apostolus: hoc tamen haud dubie expectamus fore, secundum eiusdem sententiam, cùm plenitudo gentium in hoc ouile Christi intro- ducta fuerit, & vniuersus etiam Israel, illuminatus lumine fidei: qui adhuc sub cæcitate laborat. Proinde, eandẽ ecclesiam catholicam, Christus toties regnum cœlorum appellat. quod nunc, nuptijs regalibus, quibus tamẽ quidam sine veste nuptiali intersunt, paulo post eijciendi in tenebras exteriores: nunc decem virginibus, inter quas quinq; fatuæ: nunc sagenæ missæ in mare, omnis generis pisces, malos cum bonis vnà comprehendenti, comparat. Non sanctorum tantum cõgregatio in spiritu: sed Christi fidelium omnium, qui se tamen in ouili eius cõtinent, tametsi peccatores sint. Alioqui male ipsum comparasset idem ille eius author & saluator, virginibus decem, quarum quinq; erãt fatuæ. Si dixisset: Inter quas permistim habitant aliæ quinq; fatuæ, haberent aliquid de quo gloriari possent aduersarij. Sed dixit aliter. Illam ipsam nempe vniuersitatem, hoc Christi regnum constituentẽ, integrari ex prudentibus & fatuis: quemadmodum controuersia tertia, de ecclesia, pluribus demonstrauimus. quod propterea regnum cœlorum dicit, quia ad illud ordinatur: & quia, nisi ex hoc, ad illud nemini ingressus patet. Hæc itaque catholica ecclesia, illud Christi regnum est, quod sibi conquisiuit suo pretioso sanguine: In quo regnabit super terram, donec euacuauerit, sibiq; subiecerit

cælorũ appellat.

omnem principatum potestatem, & virtutem: non quidem vi, aut potentia: imo sponte & vltro se dedentibus omnibus, & iugo ipsius regnoq; se subijcientibus. Non enim nisi spontaneos, in regnũ suum acceptat Christus.

Ecclesia, regnũ, non Babylon, & condita velut ciuitas quędã nobilissima.

Hoc autem regnum, vt est, (quemadmodum prædiximus) vniuersitatis Christi fidelium societas: ita memineris regnum, non Babylonem esse: non confusam multitudinem, sed quæ à propheta sub nomine Hierusalẽ describitur. Quæ condita est, inquit, velut ciuitas quædam nobilissima: cuius ciues in vnum coeunt: in quã ascendũt tribus, tribus domini, ad cõfitendum laudem nomini domini: in qua, etiam consistit iudicij solium.

Christus sui regni vnicus dñs vt Petrũ rectorem eius hic constituerit.

Quãq̃ autem, in hoc regno suo, dominari debeat vnus Christus, legifer, Rex, Imperatorq; noster: Ipse tamen abiens in regionem longinquam, quo eius cõseruaretur necessaria illa cõmunicatio membrorum omniũ, illa connexio, vnitas, & conspiratio ad totius salutem & vtilitatem, ob quam membrorum quodq; suum propriũ commodum, propriam salutem debet negligere: Petrum vice sua illi præfecit: illi tradidit claues eiusdem, hoc est, illud ipsum regendi & gubernandi authoritatem: illũ eius pastorem & rectorem pronunciauit. Quemadmodum supra controuersia de ecclesia & alibi copiosius à nobis demonstratum est.

Quãq̃ absq; vlla demonstratione, hoc ipsum, ipsa loquatur rei euidentia. cum nec fingere quisq̃ possit alium esse aut fuisse, q̃ Petrum, & qui eius locũ obtinet, rectorem pastoremq; Christi ouilis, aut ὑγεμονικοὺ, seu princi pãs, ĩ corpore societatis ecclesiasticę: Sine quo, vt nec ad momentũ potuisset subsistere & conseruari illa eius vnitas: ita, ab initio, illum, nec aliũ, pro tali se gessisse, & pro eodem recognitum fuisse ab vniuersa toto orbe Christi ecclesia, posterioribus libris quatuor hierarchię ecclesia-

ſticæ euidentiſſimum fecimus.

Quod etiã ex eo quiuis pōt intelligere: Quòd neceſſariam hanc principantis aut rectoris in hoc Chriſti regno authoritatem, niſi ex Chriſti commiſſione, nemo ſibi arrogare pōt. Neque enim humana hæc eſt, ſed diuina authoritate congregata ſocietas: nō hominum, humani conuictus cauſa congregatum, ſed Chriſti regnum, cœleſtis regni aſſequendi gratia hic præparatum hominibus. Nam niſi ex hoc, ad illud nulli patet aditus. At nulli ſingulariter Apoſtolorum omniũ, q̃ vni Petro, Chriſtus quicq̃ dixiſſe legitur, ex quo ſibi quiſq̃ præ alio (quod tamẽ neceſſario requirebat ἡγεμονικοῦ aut principantis in vno corpore vnitas) potuiſſet hanc authoritatẽ ſibi præſumere. Vni vero illi promiſiſſe, in apoſtolorum omniũ præſentia, daturum ſe eius illius regni ſui claues: hoc eſt, gubernandi authoritatem, qua in eodem quicquid ſtatueret, ligaret, figeret & refigeret, aut ſolueret, hoc ipſum ſe ratum habiturũ in cœlis: Vni illi ſingulariter commiſiſſe præ cæteris, quãuis pñtibus cęteris, vt fratres confirmaret, aut dubios, aut errantes in fide: Et quo hoc poſſet certius, rogaſſe patrem pro eodem, ne fides eius deficeret: Vni ſingulariter, in cæterorum Apoſtolorum & diſcipulorum præſentia, etiam comparatione diſcretum à cæteris, iam iam aſcẽſurũ ad cœlum, vniuerſi ouilis regniq; ſui, etiam ter repetita commiſſione, mandaſſe curam & regimen, clariſſimis verbis affirmat ſcriptura Euangelica. Vnum denique omnium, Cepham pronunciaſſe, hoc eſt, ſaxum, ſcopulum, rupem aut petram, ſuper quã affirmauit ædificaturum ſe eccleſiam ſuam. Eius neceſſariam colligantiam et vnitatem, ad illud ipſum ſuũ ἡγεμονικὸν, partemq; principantem, ea locutionis figura clariſſime atque efficaciſſime exprimens. Vt enim fundamentum, eſt vnitatis ædificij connexio, & ἡγεμονικοῦ aut

Vt Chriſtus neceſſariã mẽbrorũ eccleſię omniũ cõmunionẽ, cũ eius igemonico & rectore, effica

cissima metaphora expresserit.

rectoris authoritas, in quacunque etiam humanæ societatis forma ac specie: ita in Christi regno & ecclesia, Petrus, & qui eius locum obtinet. A quo, quisquis diuisus est, quisquis eius authoritati obedire non vult, eum non pertinere ad vnitatē ecclesiastici illius ædificij, cuius vnitatem, velut à fundamento quodam, ab illo Cepha, contineri & depēdere Christus affirmat, velut per se notum est. Quemadmodum, ad vnitatē domus aut familiæ nō pertinet, quisquis eius rectori aut patrifamilias, in hijs q̄ ad domesticam societatem, atq; eius finem pertinēt, subesse contemnit. Sed supra controuersia tertia, & libris illis de ecclesiastica, hierarchia, copiosius hęc à nobis demōstrata sunt, & quo pacto Christi ecclesia, ex infinita alioqui toto orbe diffusa multitudine, ex omni gēte, lingua, natione, & populo congregata, illo sacri ordinis vinculo, in vnum necessario connecti, illa quoque sua hierarchia, & sacro principatu quem in Petro constituit, regi gubernariq; debuerit. A quo, vnà cum cæteris apostolis, authore nihilominus Christo, doctoreq; sacro spiritu, constituta sit reliqua sub ipso, ecclesiasticæ hierarchię facies, Episcopis, Archiepiscopis, Primatibusq; per loca opportuna dispositis, quo ad eius vnū rectorē, totius quoq; ecclesiæ cura, ordinatissime, decentissime, nec difficulter referri posset, & referretur.

Quā districtā obediētiā debeamus in ecclesia hierarchia nobis prępositis.

Quam vero districtam obedientiam debeamus in ecclesiastica hierarchia nobis præpositis, is certius clariusq; intelliget, quisquis etiam ad cæteras humanorum cōuentuū & societatū varias formas & species in vniuersum, respexerit aliquāto diligētius. Vt enim absq; ordine nulla subsistit humana societas: nec ordo, sine aliquo ἡγεμονικῷ, principante, rectore, aut capite: ita cuiq; societati suus est ordo: cuiq; ordini suum ἡγεμονικόν, aut principiū, ad cuiusq; suum finem aptum & congruum.

Vt in domo priuata paterfamilias: in ciuitatibus secũdum varias earundem formas, Consules, Prętores, Magistratus summi, quocunque tandem illi nomine vocentur. In dominijs, Prouicijs, Regnis, Barones, Comites, Duces, Reges, Imperatores. In voluntarijs hominum conuẽtibus, sui Priores, sui Patres, Abbates, Præpositi: Ita quoq; & in catholica Christi ecclesia, summus, vt diximus, Põtifex, sub quo per ꝓuincias Primates, Archiepiscopi. Deĩde, Episcopi per dioceses singulas, et sub eis singularum plebium presbyteri. Neque enim nisi diligenti admodum membrorum omnium cõnexione, hoc tam immensum corpus, in vnum cohærere, connectique potuit.

Vt autem societatum hęc sunt distincta genera, atque inter se differentia, ita quoque alia in eis, aliaq; est præsidentium, aut ἡγεμονικὴ authoritas: tamen sua cuiq;: cui inferiores omnes, quenq; in suo ordine, obedientiam debere, & ipsa dictat recta ratio, & docet lex naturæ inscripta humanis cordibus: nec minus confirmant diuinæ apostolicæq; literæ. Qua in re, diligenter cauenda est pestilẽtissima quorũdam, & in humani generis vitam socialem pernitiosissima doctrina, affirmantium, humanorum pręceptorum transgressores haudquaquam peccare coràm Deo, sed legales tantum, (si quæ statutæ sunt) pœnas incurrere. Quasi non debeat homini homo, sed soli Deo obedientiã. Quæ etiam aduersariorum plerisq; locis doctrina est. Qua vna, non video quid posiit doceri pernitiosius, quid denique falsius: quum ipsa, vt dixi, euidentissima naturæ lex, rectaq; hoc dictet ratio, in suo quenq; ordine, superioribus suis obedientiam debere: eadem inquam quæ hos ordines inter homines conciliauit & constituit. Hoc enim necessario habet omnis ordo, vt præsit, vt & subsit aliquid. Quum autem quenq; in suo or-

Suggillatur Pestilens doctrina, affirmantiũ, humanorum, præceptoꝝ trãsgressores non peccare coràm Deo.

dine, in quo à Deo constitutus est, impositam sibi personanam recte peragere oporteat: euidens est, superioribus subditos obedientiam debere: sine qua, et omnis ordo, et omnis humana dissoluetur societas: atq; adeo, nec ipsa vita humana subsistet.

Quid enim, si homo ex diuina lege non debet obediẽtiam homini, toties clamitat diuina scriptura, Filij obedite parentibus vestris, & subiacete eis? Quid rursus? Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Iesu Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum voluntate bona, sicut domino seruientes, non hoĩbus. Hæc Pauli ipsius verba sunt: quibus palàm docemur, vt Dei volũtas sit, et præceptum, seruos obedire dominis: vt seruire illis teneãtur, non solũ pœnæ timore, sed ex animo, & quasi Deo, qui hanc illis personã ĩposuit, nõ quasi solis hoĩbus. Ita & publicis potestatibus magistratibusq; tametsi gererẽtur ab infidelibus (quando in eo loco atque ordine constituti essemus à domino) obediendum vbique clamant, admonent, inculcãtq; apostolicæ literæ. Omnis anima, inquit idem ille Apostolus, sublimioribus potestatibus subdita sit: non est enim ptãs, nisi à Deo: quę autẽ à Deo sunt, ornata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, &c. Ideoque necessitate subdti estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Audis non solum propter ciuilẽ in transgressores pœnam, sed etiam propter consciẽtiam, magistratibus ac publicis potestatibus subditos nos esse oportere. Petrus autem vno verbo complexus vniuersa, Subditi: inquit, estote omni humanæ creaturę propter Deum. Omni humanæ creaturę dicit, qualiscunq; ea sit, cui videlicet nos sub-

ecit, seu ipsa nascendi sors nostra, seu rerum publicarum status & conditio, seu ipsa denique volũtas propria. Neque enim hic dominos seruis suis subesse pcepit, nec Reges, aut magistratus vnicuilibet è populo: sed cõtra, quid intelligat, seipsum continuo explicat. Siue Regi, inquit, tanq̃ præcellenti, siue Ducibus tanq̃ ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, &c. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, sed etiam discolis, &c. Similiter et mulieres subditæ sint viris suis. Vides, quo pacto in omni ordine, obedientiam quisq;, & subiectionem debeat, non soli Deo, sed & omni humanæ creaturæ, cui nos subdidit, seu voluntas propria, vt viris suis mulieres: seu quęcunque nostra seu publica, seu priuata conditio: Publica, nos, Magistratibus: Priuata, seruos dñis.

Quod si in humanis societatibus, quas propter humaniorem conuictum atque operæ mutuæ indigẽtiam necessitudinemq́;, ipsi inter se mortales cõtraxerunt: aut in quas, nos quomodocunq; coniecit, seu publica, seu priuata sors nostra & conditio, suam quenque stationem tam diligenter seruare, et recta nos ratio doceat, & naturę simul lex diuinæq́; scripturæ præcipiãt: Quid in hoc Christi regno, quod non ipsi inter se homines, socialis conuictus, sed fidei religionisq́; inter nos conseruandę, immo, cœlestis illius regni, in quod, nisi ex hoc, nulli patet aditus, nobis patefaciendi gratia, ipse Christus instituit: & sibi, in quo super nos ad salutẽ nostram dominaretur, nõ vili pretio, nec paruo labore ac studio cõparauit? In qď suo ipsius pretioso sanguine redemptos nos à Pharaonis illa mystica seruitute, ex infinita sua misericordia cõuocauit, & ciues adscribere dignatus est? Quid inquã in hoc Christi regno nobis faciendum est? In hac domo Dei viuentis, in quam salutis nostræ gratia, precario admissi

nec minus spiritus. s. in veteri scriptura & populo multipliciter expresserat, Ille ita loquitur ad Apostolos, atque eos qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt Episcopos: Qui vos audit, me audit: q vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eũ qui misit me. Vides in quem redundet seu honor seu cõtemptus, erga magistratus, quos ille nobis in ecclesia constituit.

Scribit proinde ad Magnesianos ille gloriosus Christi martyr & põtifex Ignatius, apostolorum discipulus. Dignum est, inquit, vos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei contradicere: terribile est enim tali contradicere. Non enim illum visibilem quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoque cõtemni. Hic enim, non ab homine, sed à deo habet promotionẽ. Ita quoque dominus dicit Samueli de contẽptoribus eius. Non te spreuerunt, sed me, ne regnem super eos. Ita & Moyses populo aduersum se murmuranti: Non aduersum me murmurastis, sed aduersus dominum deũ, à quo pendebat sibi cõmissa super illũ populum regiminis authoritas. Quin & mortis pœna cõstituta erat, aduersus contumaces, qui obedire nolebant imperio sacerdotis summi in illo veteri populo. Si quis, inquit, superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dño deo tuo, morietur homo ille: & auferes malũ de Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.

Quam enim graue sit apud Deũ, authoritatẽ, & præsertim principalis magistratus, quem ipse per se cõstituit inter homines, cõtemni ab hominibus, is clarissime intelliget, qui hinc, crimen cõtemptus authoritatis Mosaicę, in Dathan & Abiron: inde vero, tam inexcusabile crimẽ adulterij Dauid, in tanta vxorum multitudine, & crudelissimi insuper homicidij, in fidelem seruitorem suum &

Quam sit graue authoritatẽ principalis magistratus à deo constituti inter hoĩes, cõtemni ab hominibus.

militem Vriã, quo illud ipsum quærebat tegere corã hominibus, expenderit. Quorum huius criminum grauitatem cum intellexerit, cogitet, q̃ horribili supplicio mitissimus ille sed & iustissimus Deus, apud quem personarum non est acceptio, qui omnes æq; animas suas esse testatur, & æquam se curam habere omnium, contemptum illum eius authoritatis in illis puniuerit, quos dehiscens de sub pedibus terra viuos absorbuit, demisitq; ad inferos: qui hæc imanissima Dauidi crimina ita remisit facile.

Vt authoritatem & officiũ honorare teneamur in sacris magistratibus, nõ vitã discutere.

Quod si ob vitam & mores eius, qui sacrosanctũ magistratum gerit, quos Deo displicere iudicat, quisq̃ sibi licere existimat eius authoritatem contemnere, is sibi cogitet dici ab Apostolo: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, & domino suo cadit. Simul & illam doctissimi illius sanctiss. q; Cypriani perpendat sententiam: Tu autem ouis es, inquit, noli discutere pastorem: ne eius quoq; criminis reus tenearis. noli te iudicem Dei constituere, & Christi: qui dicit ad apostolos, & per hoc ad omnes præpositos, qui vicaria illis ordinatione succedunt: Qui vos audit, me audit: & qui me audit, audit eum qui misit me. Vnde enim hæreses & schismata oborta sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus, qui vnus est, & ecclesiæ præest, superba quorũdam præsumptiõe, contẽnitur: et homo Dei dignatiõe honoratus, ab indignis hominibus iudicatur?

Authoritatem, magistratum, & officiũ, ecclesiæ vnitati conseruandę, prorsus necessarium honorare in illis tẽnemur. Vitæ suæ, non te, sed alium habent iudicẽ. Super cathedram Moysi, inquit Christus, sederunt Scribæ & Pharisęi, vitæ tamẽ haud quãquam probatę: De quibus nihilominus subiunxit: Omnia ergo quæcũq; vobis dixerint, seruate & facite. Ergo, inquit, quia sedent super

cathedram, non q̃a vitæ ſanctæ & inculpatæ ſunt. Quod adhuc clarius explicat in eo quod addidit: Secũdum opera eorum, inquit, nolite facere.

Quòd ſi vitæ palam ſcandaloſæ ſint, ita cogita, tua forte & aliorum culpa id fieri: Quãdoquidem propter peccata populi regnare facit Deus principes hypocritas, & ſuos ſanctos contaminat. Peccatis noſtris iratus dat nobis quales meremur paſtores, mutos, nõ valentes loqui, vt ſint, ſicut populus, ſic & ſacerdos: mandatq́; nubibus, ne pluant ſuper nos imbrem, quia nos ſumus domus exaſperans. Interim tamen æq; memineris, quid tibi præceptum ſit, vt authoritatem in illis agnoſcas, à quibuſcũq; demum geratur, vniuerſæ eccleſiæ neceſſariam. Quæ, quoniam inter homines, geritur neceſſario ab hominibus: fieri non poteſt, vt perpetuo geratur ab hijs qui inculpatæ vitæ ſunt.

Attamen etiam malorum in eccleſia eſt & vtile & neceſſariũ alijs miniſteriũ: q̃bus ſecũdum rationem officij quod gerũt in eccleſia, æq; efficaciter, vt ſanctis, adeſt diuini ſpũs gratia. Qualiſcũq; ſit qui te baptizat, qui peccata tibi remittit, qui euchariſtiã cõſecrãs illã tibi impartit, nihil minus accipis. Proinde, tu noli iudicare alienum ſeruum: ſed honora ĩ eo, qualiſcũq; ſit, magiſtratum, quem à dño accepit, & officiũ: Cuius contẽptus, iuxta veriſſimã, quã audiſti, Cypriani ſnĩam, et ſchiſmata parit & hæreſes. Neque enim ſancti oẽs erant, qui præſidebant illi cathedræ Moſaicæ: attamen, ſimpliciter lex iuſſit, mortis ſupplicio animaduerti in eos, qui nollent obedire imperio ſacerdotalis præſidis, qui pro tempore miniſtrabat domino: nec vitam eius ſubiecit inferiorum diſcuſſioni & iudicio: immo illos omnes, nihil de vita diſtinguens, nullam exceptionem concedens, nullam tergiuerſationem relinquens, obnoxios fecit eius imperio.

Etiam malorũ in eccleſia vtile, immo et neceſſarium aliis miniſterium.

Si Iesus Dei filius, inquit ille Origenes, subijcitur Ioseph & Mariæ: ego non subijciar Episcopo, qui mihi à deo deputatus est pater? non subijciar presbytero, qui mihi Dei dignatiōe præpositus est? Videat ergo vnusquisq; quod sæpe melioribus præpositus est inferior, & nōnunq̄ accidit, vt ille qui subiectus est, melior sit eo qui sibi est præpositus. Quod cum intellexerit dignitate sublimior, non eleuabitur superbia, ex eo, quòd maior est: sed sciat ita sibi meliorem esse subiectum, quẽadmodum Iesus est subiectus Ioseph.

Quæ, qualis, quātaq; sit hierarchiæ ecclesiasticæ præsidis authoritas

Quæ vero, qualis, quātaq; sit ecclesiasticæ hierarchię præsidis authoritas, vt ex ipsa, ecclesiasticæ societatis forma, quiuis facile ītelligit, ita à Christo clarissimis verbis expressum, supra, & alibi copiosius demōstrauimus.

Vt oīa ecclesię mēbra necessario sint obnoxia authoritati eius præsidis,

Hoc enim dubitari à nemine potest, quin tanta sit illi attributa à Christo authoritas, cui commisit sui regni & ouilis curam pastoralem & regimen, quanta illi ad hoc ipsum sibi mandatum officium erat necessaria. Tantā aūt illi prorsus necessariam, qui omnibus regendis debebat intendere, nemo non intelligit: vt in omnes eius efficacia pateat, omnes regiminis sui habenis constrictos habeat, oēs eius dicto audientes esse teneantur. sine quo, vt nulla esset cōmissi sibi in eosdem regiminis efficacia, si eius mādata nobis liceret contemnere: ita non posset (quò maxime spectat illa eius, toti ecclesiæ necessaria authoritas) vnitatem religionis & fidei, & vigorem disciplinæ ecclesiasticæ conseruare in domo ecclesiastica: neq; efficere vt in ea omnia ordine decenterq; gerantur, non posset oēs, qui eiusdem familiæ sunt, quęq; in suo continere officio: ab vnoquoq; eius rationem exigere: delinquentes punire: excessus, corrigere: moderari vniuersa quęcūq; aguntur in domo ecclesiastica. Quæ tamē necessario pertinere ad authoritatē præsidis, & ἡγεμονικοῦ, etiā in quacūq;

Quæ necessario ad eādem pertineant.

bñ institutę humanæ societatis spẽ, euidẽs rõ demõstrat.

Deinde & hoc necessario ad eiusdem authoritatẽ pertinere, supra, atq; alibi a nobis copiosius demonstratũ est, & per se etiam ex ipsa forma & specie societatis ecclesiasticæ, & necessitate conseruandę in eadem vnitatis religionis & fidei, notum est: vt ad ipsum referantur, omnes de religione & fide quęstiones & controuersiæ subortæ in domo ecclesiastica eius q̃: vnà cum sacerdotali cõcilio (iuxta formam expressam in lege veteri) secum seruictiũ domino in cathedra apostolica, aut etiam aliunde euocatorum (secũdum quod illi, negotij qualitas exigere videbitur) terminandæ definitione & iudicio. Sine quo, nullã in ecclesia cõseruari posse vnitatem religionis & fidei, sed tam diuersas in ea necessario fore opiniones & sentẽtias, quot sunt & quàm diuersa hominũ ingenia, ipsa loqtur rei euidentia: nec vlli dubium fore confido, qui superiora perlegerit.

Quare sm ea q̃ præmisa sunt oportere quilibet intelligit, vt mẽbra vniuersa ecclesiastici corporis, moderẽt & & regulent habenis et ĩperijs sui illius ἡγεμονικοῦ, ecclesiasticę videlicet hierarchię rectoris et pręsidis: ne quolibet lato pro suo impetu & arbitrio, necessario subsequat, & pugna inter se mẽbrorũ, & schisma, atq; vnitatis diuisio.

A cuius authoritate nemo exemptus est, qui iter oues Christi cõnumerari voluerit: quas omnes indiscriminate illius subiecit regimini: nec distinxit à magistratu plebeum: non Principem, non Regem, nõ Imperatorẽ excepit: sed pasce, ĩquit, regeq; agnos meos, & oues meas. Cui autem aliquorũ cõmissum est regimen, necesse est, datam illi regendi eosdem potestatem: hijs autem, obsequendi, & Rectoris imperijs obediendi necessitatẽ ĩpositã: sine quo nemo posset, vel viginti personarũ familiam & societatem regere. Neq; elegit ad hoc Christus no-

Neminem eximi q̃ ĩter oues Christi ẽ, à debita rectori & pastori ouilis eius obediẽtia.

peribit. Expetenda igitur est omnibus hæc seruitus.

Quin & dei ordinatione ita cōstitutū, vt hoc Christi regnum, in primis deficientis Romani imperij sibi subiecturum esset reliquias, & deinde cōminuturum vniuersa mundi regna, ingrediente in ipsum plenitudine gentiū, iam olim Danieli ostensum est, in visione, quā vidit ille rex Babylonius, in lapide illo scisso de monte sine manibus, ab initio modico, sed qui paulatim in montē magnū excreuit: impleturus adhuc vniuersam terram, percussurusq; statuā quā idē ille viderat, succedētiū sibi regnorū exprimentē imaginē, in suis pedibus ferreis & fictilibus: Quos, eodem Daniele fideli interprete, reliquias Romani imperij circa sui finem significare certū est. Lapidem autē istum, esse hoc regnum Christi & ecclesiam, idem quoque ille ipse Daniel certissimus testis est: In diebus autem, inquit, regnorum illorum, suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum nō dissipabitur: & regnū eius nō tradetur alteri populo. Cōminuet autem & cōsumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus. nempe hoc regnum Christi, catholica inquā eius ecclesia, quod, inquit, cōsumet vniuersa regna hæc, sibiq; subijciet.

Dei ordinatione ita constitutū, vt hoc Christi regnū, in primis subiecturū esset sibi, deficiētis Romani iperii reliquias: & deinde cōminuturum vniuersa mundi regna.

Nihil proinde indignādum est, hoc factum cernere: nēpe, quòd ecclesia sibi subiecerit Reges, Imperatores, Principes, regna deniq; & īperia: quod ab æterno ita futurū, prçordinauit oīpotens illa sapiētia: et priusq̄ fieret, tāto ante fore prçostēsum ab eadē, & prophetarū oraculis prçdictum cernimus. Quç tñ nihil sibi vi vsurpauit in quenq̄ indebitum: sed vltro se ei submittētes ad salutem propriam reges & principes benigne suscepit. Audisti etenim quid ille dixerit ecclesiç. Gens enim, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit.

Quo pacto cõminuerit, & sibi subiecerit ecclesia, princip. et regna, reges & principes.

Cõminuit igit Christi ecclesia, & sibi subiecit, iuxta Danielis vaticinium, principatus & regna, reges, & principes: sed illorum submissione vltronea: atq; ita hoc volente & ordinãte diuina prouidentia, pro cõseruãda vnitate necessaria & cõcordia ĩ domo ecclesiastica: atq; hoc tandem efficiente, vt non subesset solum, sed planè dependeret eorum authoritas, ab authoritate ecclesiastica: abolita paulatim, omni illa seculari potestate, quæ se in gentilitatem quoquo modo referre posse videretur.

Imperiũ quale nũc est, planè dependere ab authoritate ecclesiastica.

Itaq; eadem illa, omnium regnorum successionẽ gubernante ac disponente prouidentia, cum tandem omne Occidẽtis imperium, subtractum esset Romano imperio: Romanus Pontifex Leo tertius, nouũ inchoauit imperium, planè dependens ab authoritate ecclesiastica, in Carolo illo cognomento magno, Pipini filio: à quo ad præsentem vsq; Carolum, eius nois quintũ, supra annos septingentos, cõtinua serie perdurat Christianorũ Imperatorum successio. Qui vniuersi, nihil iuris legitimi habuerunt ad Imperium, quod non acceperunt ab ecclesiasticæ hierarchiæ rectoribus. Quod tamen ego magis legitimũ nihil dubitauerim, q̃ vniuersum illud quod ante Carolum, ex Iulio illo Cæsare, ducebat originem.

Et q̃q̃ etiam illud ipsum, seruire debuerat Christi ecclesię, postq̃ eius pricipes atq; imperatores ouile Christi ingressi sunt: haud tamẽ ita ab ecclesiastica authoritate dependebat vniuersa eorũ authoritas, sed propriã, quã ante habuerãt, introduxerant in Christi ecclesiam, atq; eius authoritati se reddiderãt obnoxios. Quos proinde liberius compellans Gregorius ille Nazianzenus, cum aliquãdo modum suũ non satis agnoscerent in Christi ecclesia: Suscipitis'ne, inquit, libertatem verbi? Libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos potestati subijcit, atq; istis tribunalibus subdit.? Dedit enim & nobis potestatem,

ſtatem, dedit & principatum multo præſtantiorem principatibus veſtris. Aut nunquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus carni? ſi à terrenis cœleſtia ſuperentur? & ſi diuinis præferantur humana?

Itaque & cæteri Reges ac Principes, hęc intelligẽtes iã illuſtraſti lumine fidei, ſua ſceptra, & vniuerſam prorſus authoritatem ſuam, eccleſiaſticæ authoritati non ſolum ſubeſſe recognouerunt: immo, quò hanc ſubiectionem omnes magis intelligerent debitam & neceſſariam, iuxta illud Eſaię vaticinium (diuina ita hoc ordinãte prouidentia, quæ, ſi in vniuerſa, in hæc maxime ſe extendit) vniuerſi ſuam authoritatem recipere ab eccleſia eiuſque authoritate, re ipſa profeſſi ſunt.

Omnes Reges & Principes, qui ſunt in eccleſia iã olim planè ſubmiſiſſe ſuam authoritatem, authoritati eccleſiaſticæ.

Sic Florentiſsimi Galliarum regni ſceptra & titulos, (cum in Hilderico eatenus rege ignauo & ſocorde, deficeret illa ex gentilitate tracta & reducta ſucceſsio) Pipinus à Zacharia eccleſiaſticæ hierarchiæ præſide, pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus accepit, ſacra vnctiõe, apoſtolica authoritate ſibi impẽſa à ſancto Bonifacio Magũtino Archiepiſcopo & Chriſti martyre. A quo, in hodiernum vſq; diem omnes ordine ſibi ſuccedẽtes Reges, quò hoc ipſum conteſtentur & perpetuo in memoria habeãt, nõ ſolum eccleſiaſticæ authoritati ſe ſubijci, ſed etiam ab eadem accepiſſe ſe illam ſuam dignitatem, & authoritatem regiam: eccleſiaſtica conſecratione & inunctione, eãdem velut legitimo ritu ſuſceperunt. Eandem formam, atque exemplum, omnes Chriſtiani orbis reges ſequuti, faſces ſuos vltro ſubmiſerunt eccleſiæ: re ipſa hoc conteſtantes, quòd non, niſi eccleſiaſtica inunctione & conſecratione legitimam authoritatem ſe fateantur recipere. Qua ex re, adeo nihil authoritati eorum & exiſtimatiõni apud fidelem populum deperijt, vt plurimum etiam acceſſerit. Et quo quiſq; fidelius ſe impendit vt ſeruiret ec-

bus, quæ ad vnitatem eam conseruandam sunt & fuerũt prorsus necessaria?

Finge cogitatione, qualem aduersarij à Christo institutam volunt ecclesiam, absq; vllo ἡγεμονικῷ, principãte, rectore, aut præside, absq; vlla distinctione graduum sacri ordinis ecclesiastici, absque Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis: immo absq; sacerdotib9 alicuius sacratioris ordinis dignitate distinctis à laica multitudine: sed tantum, quos vna quælibet plebs sibi deligit, verbi et sacramentorum ministros, æquales omnes, & vnum in nullo subiectũ alteri. Quid videres in hac Sunamite? nunquid choros castrorum? an non potius Babylonem confusissimam: in qua vno anno tot essent, tamq; pugnantes de fide & religione sententiæ, quot & quàm diuersa sunt capita? Et introducta semel in eandem istiusmodi pugna & controuersia, quis foret modus resarciendæ alicuius vnitatis & concordiæ? Istiusmodi fœdissima & confusissima Babylon dignum tibi ne videretur tali artifice & architecto opificium: cui nemo hominum, qui vel parum ratione, & mente polleret, non magis conuenientem ad suum illum finem, decentem & decoram formam cogitatione effingeret?

Ad hęc cogita, quod res est, in vna domo ecclesiastica, aut Christi regno multos esse principãtes, q ciuiles magistratus gerũt: quorũ nemo subditur alteri, nec aliũ supra se recognoscũt principantẽ ciuiliter. vt Imperator, Rex Galliarũ, Rex Hispaniarum, Lusitaniæ, Angliæ, Scotiæ, & alij quàm plurimi. Num tibi videretur, (si posses ipse quam vtilissimam toti ecclesię iudicares formam, speciem, atque ordinem, solo cogitatu constituere) vtilius fore ecclesiæ & conseruandæ eius paci congruẽtius, hãc tantam principantium in eadem ecclesiastica domo multitudinem, vni superiori authoritati, totius ecclesiasticæ

Ex multitudine prĩcipãtiũ in domo ecclesiastica, qui sibi mutuo subiecti non sunt.

familiæ rectori, subiectam facere: quæ posset subortas inter nos quæstiones & cōtrouersias sua authoritate cōponere, cui deferre omnes tenerent? An vero nolles hos cuiusq̄ obnoxios esse superioris authoritati & iudicio? Non puto quenquam esse tam male ad veritatem affectum, qui nō intelligat, vtrum horum magis congruat conseruandæ vnitati ac paci in domo ecclesiastica. Nam ad secundum horum, necessario sequeretur cōtinuis bellis intestinis tumultuari domum ecclesiasticam. Necesse enim foret, quicquid inter hos tam multos oriretur quæstionis et controuersiæ, in qua vni non videretur cedēdū alteri, vt id armis decideretur. Cum prior ea proposita ecclesiæ forma & species, superintendente illa omnibus authoritate cui essent omnes obnoxij, omnes facile omniū horum quæstiones & controuersias tolleret & componeret. & vt intus pulcherrimam pacis pulchritudinē facile conseruaret: ita faceret, eandem omnibus hostibus suis externis formidabilem: et aduersus vim omnem munitissimam. quippe omnibus omnium viribus conspirātibus in vtilitatem & salutem totius ecclesiæ, per authoritatem illius ἡγεμονικοῦ superintendentis illis omnibus, & sui imperij habenis ad communem vtilitatem & salutem reuocantis omnia.

De quo, vt per se euidenti, cum omnino dubitari non possit, nec de hoc quidē quisq̄ merito dubitare poterit, hac'ne, an illa forma & specie, Christus suam constituerit atque ordinauerit ecclesiam. nempe perfectissima: & ad conseruandam eius vnitatem, pacem & concordiam, finemq; ob quem congregauit eandem, q̄ congruentissima: etiamsi, nullis hoc ipsum scripturis demonstraretur aliter. Nūc vero, cum etiam irrefragibili diuinarum scripturarum authoritate euidentissime demōstrauerimus ita institutam atque ordinatam fuisse à Christo, quis hic

dubitandi locus est?

Intelligunt proinde, quibus affectu deprauatum non est, sed integrum synceruműq; rationis iudicium, q̃ sint be ne meriti de ecclesia Christi, qui stulto quodam zelo authoritatis sæcularis aduersus ecclesiasticam, huic, illam, nolunt subijci: ethnicam adhuc & non Christianam dominationẽ mediantes animo, nec cogitantes, quòd in alieno iam, hoc est, Christi regno, hæc ipsa geratur authoritas. In quod, hæc ipsa recepta precario, nõ vi introducta, illi quoque debet seruire fideliter. Extra quod q̃ diu fuit, subiecta illi nõ fuit: postq̃ vero illud ipsum ingressa est, vt subesse debeat rectori quem ille nobis sui regni designauit & constituit, nemo est qui non intelligit.

Itaque, non fuerunt ab initio Imperatores, Reges, & Principes, subiecti Petro & Apostolis: vt qui in ouile Christi nondũ ingressi fuerant: nondum se suaq; sceptra, Christi regno submiserãt: immo contra, Petrus, et Apostoli, eorũ sub quibus degebant authoritati illi ciuili erãt obnoxij. At cõtra res habet de hijs qui in regnum Christi iã intromissi sunt. In quos absq; vlla distinctione aut exceptione omnes, data est Petro, & qui eius locum tenet, curæ pastoralis & regiminis authoritas: omnibus imposita est illi obediendi necessitas.

Aeque tamẽ verum est, quod nullum suo iure priuat Christiana religio: Sed qui se illi astringunt vltro, seq; Christi regno subijciũt, necesse est vt illius quoque legibus pareant: illius sacrosanctis magistratibus obedientiã dependant: vt membra se submittant imperio & habenis ἡγεμονικοῦ, rectoris & capitis. Quod cum ab hijs docentur negligere & contemnere, sed quodque ferri suo impetu, iudicio, & arbitrio, tale nobis monstrũ reddiderũt ex decentissime ordinata et composita à Christo ecclesia, quale foret animantis corpus, si cuique mẽbro, daremus

Vt neminẽ suo iure priuet Christi religio. qui tamen eius regno se subdiderũt oportere eos, illius quoque legibus viuere.

Quã bene sint meriti de ecclesia q authoritatem in ea sæcularẽ subiici nolunt authoritati rectoris eiusdem.

proprium iudicium et arbitriũ, non subiectum Imperio ἡγεμονικοῦ: & ex pulcherrima pacis pulchritudine, quæ, conseruata illa à Christo constituta eius forma et specie, in eadem vigeret, turbas, rixas, seditiones & bella plusq̃ ciuilia, & penè perpetua, in eandem introduxerunt: pro inuicta eius aduersus vim omnẽ externã fortitudine, eandẽ prædæ ac direptioni hostium suorũ omniũ exposuerunt. Quæ enim causa est alia bellorum inter nos crudelissimorum, quibus Christiani homines in Christianorũ fratrũ, sæpe innocẽtum, viscera, ferrũ stringimus, et oĩa crudelitatis plusq̃ ethnicæ, plusq̃ barbaricæ exempla edimus in nos mutuo, nisi quia Pricipes nostri ab illis pestilentissimis consiliarijs persuasi, rectoris Christi ouilis authoritati non deferunt quã tenẽtur obediẽtiã; eius monitis ad Christianã pacẽ omni studio ipsos exhortãtis, (qđ certe perpetuo faceret, nisi suã ab ijs negligi cõtẽniq; authoritatẽ cerneret) in totius Xpianæ Reip. cõfusionẽ, excidiũ, et perniciẽ, rebelles et cõtumaces sunt? Quæ causa Turcas ita nobis fecit formidabiles? tot de nobis spolijs, victorijs ac tropheis diuites, potẽtes et glõsos reddidit? ea vna certe q̃a nõ valet q̃tũ oportet ĩ corpe societatis ecclesiasticę ἡγεμονικοῦ ei⁹ authoritas: q̃a ei⁹ habenis et Imperijs obsequi recusant mẽbra singula: & proinde cõseruari nõ põt illa oĩum et singulorũ in toti⁹ vtilitatẽ et salutẽ, qualem vnitas corporis necessario requirit, conspiratio: sed quodq; fertur suo impetu, suo arbitrio & iudicio: quisque suũ tantum vnius curat atq; agit negotiũ: totius vtilitatẽ & salutem negligit. Hij sunt fructus præclaræ illius doctrinæ, quam, cum suis, docent aduersarij: Euangelio et doctrinæ Christi planè aduersantem et contrariam.

Ex necessaria authoritate in ecclesia super

Iam et hoc tecũ perpende et cogita: si esset (vt paulo ante posuimus) liberũ tibi quã conuenientissimã putarès et sola cogitatione posses, ecclesiæ Christianæ dare formã

& speciẽ: an nullã esse velles in ea authoritatẽ, quæ enormiter peccantes Imperatores, Reges, Principes, & tyrãnicę opprimentes suos subditos, posset corrigere, & punire coactiua quadam potẽtia? Certè talem requiri, etiã Marsilius ille intellexit et cõfessus est, atq; euidens docet ratio: ne, si omnia ipsis impune liceant, vertantur in tyrannidem atq; adeo beluinam quandã truculẽtiã. Hoc itaq; quando inter nos cõuenit, illud quoq; conueniat necesse est, prouisum esse oportere, vt correctio eiusmodi fiat sine grauiori nocumento cõmunitatis aut Reip. cui præsident delinquẽtes corrigẽdi. Iam cogitet quilibet, à quo, aut quibus velit Imperatores, Reges, Principes, qui nullum magistratum ciuilem supra se recognoscũt, enormiter delinquentes corrigi. Certe, à subiecta illis multitudine et subditis hoc ipsum vtiliter fieri non posse, non solũ euidens ratio, sed etiã omniũ ab initio regnorũ et monarchiarũ historia cõprobat: et semper cessisse infelicissime, quoties eiusmodi aliquid à multitudine p̃sumptũ aut tẽtatũ est. Habet enim princeps sibi obęratã, et in q̃duis obsequẽtẽ militarẽ manũ, quã facillime immitteret ĩ multitudinis (vt ipse diceret) rebellis et seditiosę excidiũ. Ad hęc coertionẽ, seu correctionẽ eiusmodi delinquẽtis principis, necesse est ordinẽ iudiciariũ præcedere: ita, vt ante accusetur et conuincatur de crimine, deinde legitime condemnetur. Multa enim superiorum facta aliter æstimantur à subditis, q̃ ad rectã rationem discusa ęstimari oporteat. Sed vniuersitas multitudinis, eiusmodi actibus iudicialibus aduersus suum principem, neutiq̃ est idonea. Quæ nec conuenire posset ad huiusmodi, inuito principe: nec eosdem super illum exercere.

enormiter delinquentes in eadem, principes.

Ita proinde res habet, sine ἡγεμονικῷ aliquo non posse rẽ cõmunẽ, aut publicã aliquã subsistere: eiusq; felicitatẽ, ex principis bonitate, ad commune bonum præcipue re-

cõmissum est: Is ille intelligat, non ignorasse illam ęternã Dei sapientiam, pastori ad exercendum suum pastorale officium, non solum pera, sed etiam baculo opus esse. nõ ignorasse id quod intelligunt omnes homines, omnẽ, regendi quãcũq; multitudinem, authoritatem, inefficacẽ immo planè frustatoriam esse, nisi coactiua quoq; authoritate aliqua conuenienter armata sit.

Rectori ouilis Christi necessario conuenire authoritatẽ coactiuã super cõmissos suo regimini.

Sed varij coactiuæ authoritatis, & coactionum modi sunt. quæ omnibus quidem, quibus aliorum cõmissa est gubernatio, in subiectos sibi necessario competit: nõ tamen eadem omnibus, sed cuiq; sua: patribus familias in filios, vniuersamq; familiam: dominis in seruos: pædagogis aut magistris in discipulos: abbatibus in suos monachos: ciuilibus magistratibus in sibi subiectos: ecclesiasticis vero, quos dicimus, in cõmissos suæ curæ & regimini. In omnes vero & super omnes qui ad Christi familiã pertinent, dispensatori & vicem patrisfamilias nobis referenti totius domus ęcclesiasticæ, atq; eius hierarchiæ vniuersæ præsidi. Omnibus, inquã, hijs, in sibi suæq; gubernationi commissos & subditos, necessario competit etiam coactiua quædã authoritas, qua possint delinquentes punire, & errata eorundem corrigere: sed nõ eadem. Quando nec vnus coercẽdi modus cõueniret omnibus. Alius enim patri in filium: alius domino in seruum: magistro aut pędagogo in discipulum: abbati in suos monachos: sæcularibus principibus & potestatibus in sibi subditos: alius denique totius ecclesiæ rectori, in oẽs, in Reges, Principes, regna, & Imperia. Vni enim virgæ cõueniunt, alteri ferulæ, alteri flagra, compedes, carceres, alteri etiam gladius. At quæ hæc omnia in officio continere debet, potẽtior & terribilior sit omnibus oportet: quæ ẽt armatos & gladium portantes principes sibi subijcere, sine tamen cæde possit, sine orbis tumultu & incendio.

Varij modi authoritatis coactiuæ, et qualis, rectori totius ecclesiæ cõueniebat & erat necessaria.

Ecclesiastici gladij efficacia.

Hic autem est spiritualis gladius ille, quo ecclesiasticæ rector familiæ, contumaciter sibi inobedientes, potest interdicere ingressu ecclesiæ, & cõmunioni Christi fidelium: põt resecare à corpore ecclesiæ, atq; ita illis cœlum claudere, ad quod nulli nisi ex ecclesia patet aditus. Quæ pœna Christi fidelibus omnibus, merito est omni morte terribilior, magisq; formidanda omnibus armis sæcularium principũ: omni eorũ coactiua potentia delinquẽtes coarcet, frenat, et cohibet efficacius, vbi viget Christi religio. Cuius vim exptus in se Theodosius ille, vere Christianus & sapiẽtissimus Imperator, ob seditionẽ & suorum magistratuũ cædẽ, in Thessalonicẽ: incõsideratius vltã, vere humiliatus, in puluere sedens & cilicio, atq; ex intimis præcordijs singultus trahẽs & suspiria, Ruffino se consolari volenti: Meorum, inquit, sensu malorũ haud tangeris. Ego vero gemo lamentorq; in consideratione calamitatis meæ: quod cum seruis & mẽdicis pateat diuinum templum, illiq; , libere ad deprecandum dominum suum ingrediantur, mihi, tum illud inaccessum, tum insuper & cœlum occlusum est. Memoria enim teneo dominicanã vocem, quę manifeste dicit. Quęcũq; alligaueritis in terra, is & in cœlo ligatus erit. Hic illi, & illo tẽpore, de gladio spũali sensus erat: qui datus est ecclesiæ Principibus, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpatiões in populis: ad alligãdos reges eorũ in cõpedibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis. Cuius mucro, quod nũc hebescit, quod nostris prĩcipibus nũc minus sit, q̃ illo sęculo fuerit formidabilis, nõ est, qa hij plus illis sapiũt, sed quod plus desipiũt: quod fidei religiõiq; minor apud hos locus sit. Nã quãtũ vbicũq; viget Christi fides et religio, tantum viget illius gladij efficacia & authoritas. In promptu, inquit ille, habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Tantum ille

Theodosii Impe. quis sensus de eo fuerit.

Cur eius mucro nũc hebescat.

cuiq; terrori est, quantùm quisq; credit Christo: qui contumaciter inobediẽtes ecclesiæ atq; eius rectori, fieri extra ecclesiam, & ab eius vnitate præscidi affirmat: extra quã nulli salus, sed omnibus clausum cœlum est.

Ex hijs mihi satis demonstratum videtur, Romano Pontifici, successori Petri, velut pastori rectoriq; totius Christi ouilis, iure diuino superiorem iurisdictionis authoritatem cõpetere, non solũ in episcopos cæteros, presbyteros, vniuersosq; ordines ecclesiasticos, sed ẽt, in oẽs qui inter Christi oues censeri volunt: etiã Imperatores, Reges, Principes. Non equidẽ, qua tollatur illis sua illa ciuilis authoritas: sed qua eosdẽ delinquẽtes in eius exercitio, punire possit secundum leges diuinas & ecclesiasticas, atq; etiam dignitate ac magistratu priuare incorrigibiles, ac turbantes pacẽ ecclesiæ, aut etiã illi gerendo prorsus inutiles, & in locũ eorum alios sufficere de consensu eius cui præsunt vniuersitatis ac multitudinis: aut sufficiẽdos mandare per eos, ad quos eorum electio speciali aliquo iure pertinet. Quemadmodum non semel fecisse illos, approbante vniuersa Christi ecclesia, certissimæ fidei historiæ comprobant. Quod inique ab illis factum atque vsurpatum, iniquissime calumniantur aduersarij. Quemadmodum lib. v. ecclesiasticæ hierarchiæ nostræ præfato luculentius & copiosius demonstrauimus: ad quem, lectorem remittimus qui de hijs plura ac certiora intelligere voluerit.

Conclusio, de authoritate romani Ponti.

Quibus nihil aduersantur, quæ contra inducũt aduersarij: & in primis verba illa Christi apud Lucam, quæ contendẽtibus inter se de primatu apostolis interloquutus est Christus. Reges gentium dominantur eorum, et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: vos autem non sic, sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicunque voluerit in vobis primus

Rñdetur argumentis aduersariorũ in contrarium.

Verba Christi apud Lucã, Reges genti

tiū, &c. pertinere ad oēs q̄ magistratū gerūt in ecclesia.

esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis, non venit vt ministraretur ei: sed vt ministraret, & daret animā suam redemptionem pro multis. Quibus verbis quod illi volunt, omnem superioritatem, aut iurisdictionis authoritatem supra se inuicem aut alios exercere, suis interdixisse Christum: tota abest diametro. Quin potius voluisse, vt esset aliquis inter illos maior et primus, illis ipsis verbis aperte innuit: sed simul, nemini sua ipsius causa, suę dominatiōis, sui honoris, ambiēdū eē primatū eiusmodi significauit. Nō enim dixit. Nemo inter vos sit altero maior, prīceps, rex, aut primus: sed prīcipatus vt à Christiano atq; inter Christianos geri debet, onus & officiū describit. Nō enim debet is qui p̄est, siue ciuiliter aut, politice, siue in hierarchia ecclesiastica, p̄esse sibi, ad suū commodum, gloriā, honorem, libidinem, ostētationē: (hoc enim esset tyrannicam, non legitimam potestatem exercere:) sed ad solam vtilitatem eorum quibus pręest, ad solius Christi & Dei honorem & gloriam. Debet meminisse eius, quod d. Ambrosius Theodosium Imperatorē admonuit, subditos se habere coniunctos sibi non solum genere, sed communi seruitio vnius Dei. Vnū enim esse Dominum & Imperatorem, huius vniuersitatis fabricatorem: proinde, ita sibi commissum principatum ac magistratum gerere oportere, tanquam in oculis cūcta cernentis domini: & qui paulo post, districtissimam ab ipso rationem sibi commissorum omnium exacturus sit.

Hæc vna & sola ratio est inculpate & digne gerendi inter Christianos prīcipatus aut magistratus cuiuscūq;, quam nihil esse præter meram grauemq; sarcinam quis non intelligit? Quis, secundum hanc principantes, esse aliud, q̄ meros seruos seruorum Dei? Ad quæ respiciēs, nunquid principatum, aut primatum, seu ecclesiasticum, seu ciuilem, quisquam ambiendum duceret? Tamen vt

geratur ab aliquo, vt hanc nobis mutuo seruitutem impendamus, ille omnium dominus vult & præcipit.

Nec est quòd quisq̃, hæc dicta à Christo, pertinere ad solos, quos nũc dicimus, ecclesiasticos, existimet: suis omnibus loquitur. Scitis, inquit, quia Principes gẽtium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatẽ exercent in eos. Hoc est, inquit Origenes, non sunt contenti tantum regere subditos ad vnam ipsorum vtilitatem: sed violenter eis dominari nitũtur. Aut, vt Chrysostomus, Principes mundi ita gerunt principatum, vt dominentur minoribus, & eos seruituti subijciant, vt expolient, & ad mortem vsque eis vtantur ad suam vtilitatem & gloriã. Sed hæc principes gentium qui ignorant Deũ, Vos autem, non sic. Vos, inquit, qui mei estis, non sic: non instar illorum qui Deum ignorant, sed velut in oculis communis domini, super conseruos & confratres vestros, non ad vestram (quæ tyrannis esset) sed ad eorum tantum vtilitatem, & communis domini gloriam, principatum ac primatum exercebitis.

Hæc sibi dicta nouerint, æque oẽs, qui Christi subesse volunt magisterio, qui se Christi haberi discipulos. Nõ sibi p̃suadeant Reges, Imperatores, aut ciuiles Principes, ad ecclesiasticas quas dicimus prælaturas, ecclesiasticumq́; priuatum, ea tantũ pertinere: Ad oẽs pertinẽt, qui Christi sunt. Vos, inquit, mei scilicet, quos tantũ distinguit à gentibus ignorantibus Deum. Quid igitur? Nunquid hijs verbis prohibuit inter suos Christus esse Reges, Imperatores, principes? nunquid quenq̃ vllam super alios præcipiendi aut obligandi authoritatem habere? nunquid omnes pares & æquales esse voluit? Quæ à Deo sunt, inquit ille, ordinata sunt. Noluit suũ regnum Christus esse Babylonem, sed quò omnia ordinate agerẽtur à nobis, vni super omnes authoritatẽ præ

cipiendi & mandãdi cõmisit: vni dixit, vt regeret vniuersum ouile suũ, vt quęcũq; obligaret in vniuerso orbe terrarũ, modo intra domũ ecclesiasticam, aut sui illius regni limites, is ille ad hoc obligaretur coram Deo: Voluit, vt ille superintenderet vniuersis membris ecclesiæ, sacris & profanis magistratibus ac officijs.

Missos à Christo Apostolos oẽs, non tamen sine ordine.

Quod addit Philippus, omnes Apostolos à Christo missos absq; vllo potestatis aut authoritatis discrimine, verba Christi quæ ad hoc inducit, hoc non conuincunt. Dixit quidẽ ille ad omnes, Sicut misit me pater, ego mitto vos. Quòd tamen inter illos à se missos nemo esset, penes quem esset præcipua eius legatiõis authoritas, hoc non dixit.

Aeque ad rẽ facit, quòd Paulus nec sit ordinatus nec cõfirmatus à Petro: quemadmodum nec cæterorũ quisq; apostolorum omniũ, nec discipulorum quidẽ illorũ septuaginta. quos vniuersos Christus ipse per se elegit, ordinauit & instituit: tamen ordinatos instituit, discipulos sub apostolis, omnes vero, sub vnius Petri authoritate et regimine. Sed istiusmodi, aduersus Petri īter Apostolos primatum obiectionibus, lib. iij. hierarchiæ nostræ à cap. viij, & deinceps copiose & luculentissime satisfactũ est: quo lectorem remittimus, ne hic actũ agamus. Quòd vero vult Paulum exęquare ministros omnes, & docere ecclesiã esse super vniuersos, cũ ita scribit Corinthijs, oĩa vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. nõ hoc significãt Pauli verba, quod illis sua expositiõe affingit Philippus: sed hoc est quod docet, nostræ religionis mysteria & sacramẽta, à Christo, non à ministris, suã efficaciam habere: proinde non gloriandum in eis, quasi aliũ aut meliorem baptismum contulisset Petrus, q̃ Apollo, aut q̃ Paulus, vt stulti & carnales, quos arguebat, imaginabantur Corinthij: qui etiã inter se, velut per contẽtio-

Vt verba Pauli in alteniß imã sententiam detorqueant aduersar

nem dicebant, Alius, ego quidem sum Cephæ, hoc est, baptizatus à Cepha; Alter, ego Pauli: Tertius, ego Apollinis. Quod autem dicit, Omnia vestra sunt, non hoc quod huic videtur significat, hoc est, vobis subiecta: sed ad vestram vtilitatem. Nam & dominum nostrum dicimus, & Regem & Imperatorem & Pontificē. Quod cum dicimus, non significamus nobis subiectos quos nostros dicimus: immo nobis illos præpositos. Qua in re, vt audaciam atque arrogantiam illius hominis prętercam, qua scripturas quaslibet transformare audet in suam quamcunque vult sententiam, aduersus clarissimam earundem sententiam: ita euidentis veritatis vim considero, quæ etiam inuito & ignoranti sæpe excidit. Quemadmodum in illa sua, quam supra, expositione, quam citatis nunc verbis Paulinis assuit: In qua aperte confitetur, illo tempore eum fuisse Christi fidelium sensum, quod Cephas esset superior Apostolus.

Quod Papa eligitur ab ecclesia, non arguit illi iam electo & ordinato non competere superiorem authoritatem supra ecclesiam: quam à Deo accepit, quamuis non sine humano ministerio. Qui baptizatur ab homine, à Deo accipit remissionis peccatorum & iustificatiōis gratiā: Ita qui sacerdos ordinatur Episcopali ministerio, à Deo accipit authoritatē perficiēdi oīa quę illius sunt muneris et officij. Sic quoque in episcoporū electiōibus requiri solebat cōsensus populi & Principis, quò libentius & syncerius illius authoritati se subderēt, quem proprio quoque assensu sibi in patrem constitutum viderent: Quæ causa fuit obseruatæ aliquandiu cōsuetudinis etiam in Romana ecclesia, vt in Pontificis electiōe requireretur Romani cōsensus principis: immo, nonnunquā etiā illi vni libera est delata electio, quo eo syncerius sua illa authoritate seruirent ecclesiæ. Quod factum fuit illi

Electionē papę, authoritati eius nihil refragari, ēt in eos à quibus eligitur.

magno Carolo: Non tamen accipiebāt illi pontificalem eam authoritatem ab electoribus, populo: aut principe sed à Deo, etiam super electorem populum. De quo, cum cap.xiij.lib.v.hierarchiæ ecclesiasticæ prolixe egerimus, non est quod hic immoremur diutius.

Nec à Cōstātino, nec à Phoca, Rom. Pontifices accepisse authoritatē super vniuersam ecclesiā.

Quòd vero, aut à Cōstātino aut à Phoca authoritatē istiusmodi super alios totius orbis episcopos et ecclesias, accepisse volunt Romanos episcopos & Romanā ecclesiā: mera sunt figmenta, mera mendacia. Non est hæc ab Imperatoribus, sed ab ipso Christo, data ipsi Petro authoritas. cui in eadem successerunt Romani Pontifices: quemadmodum supra & alibi à nobis luculentissime demonstratum est.

Falsitatē aūt eius fabulæ quam de Phoca cōminiscuntur, partim ex historiarū & ecclesiasticorū scriptorum ignorātia, partim ex prauo in ecclesiasticā authoritatē affectu, cap.x.dicti libri.v.hierarchiæ ecclesiasticæ euidenter coarguimus: & rei veritatē demonstrauimus. quo, hic necessariæ breuitati studentes, lectorem remittimus.

Tametsi spūalis sit potestas Pontificum, ei tamē subiectā esse potestatē sæcularē quæ est in ecclesia.

Quòd Christum dicunt spiritualem tantum potestatem dedisse Apostolis: etiam nobis placet. ita tamen, vt præcipua, maxime quæ ad ecclesiam regendam gubernandamque pertinet, Petro competierit. Ex hoc tamen consequens non est, quòd illi subiecta non sit sæcularis ac politica quæ est in ecclesia, authoritas: quòd hæc ab illa, regulari moderariq; nō debeat: immo verissima est illa Nazianzeni paulo ante à nobis citata sentētia: qua Imperatoribus loquēs, affirmat legem Christi subiecisse illos sacerdotali authoritati & tribunalibus ecclesiasticis. Instituisse siquidem Deum in sacerdotali ordine principatum multo præstantiorem principatibus sæcularibus: qui ad hunc se habeat, vt ad carnem spiritus: vt cœlestis: ad terrenum: vt diuinus ad humanum. Omnem

proinde

proinde rationem exigere, vt hic, illi, sit subiectus & obnoxius: Præsertim, cum hic iam in alienum, nempe Christi regnum, velut precario & sub eiusdem regni legibus receptus admissusq; sit: Cuius regni, sacerdotalis ille, cuius Petrus & qui locum eius tenet rector est, principatus est proprius. Qui vt nihil sibi in extra manētes vsurpat aut vendicat: ita omnes eius regni ciues & filios merito sibi habet obnoxios.

Quòd dicunt Christum non venisse vt authoritatem & imperium exerceret super monarchas, reges & principes: Sicut autem ipse fuit missus à patre, ita à se missos ipsum testari Apostolos suos: Neq; ergo hijs cōpetijsse authoritatem super reges & principes: Non recte colligunt. Nam illud (sicut) non dicit omnimodam similitudinem in missis, Christo & apostolis: sed tantum indicat mittentes aut authoritatem mittentium. perinde ac si diceret: Pater me misit, Ego autem mitto vos. Alioqui, Christus missus est à patre, vt sua morte genus humanum redimeret. non sic, neq; ad hoc, missi sunt Apostoli à Christo: sed ad hoc, vt ipsi, hoc regnum, in quo beneficiorum eius fierent omnes participes, congregarent ex omnibus gentibus. Cui tamen suo regno idem ipse leges præscripserat, & Petrum gubernatorē præfecerat.

Quę hijs addit Philippus, etiam vt constaret Roma. Pontifici iure diuino ea, quā nos asserimus, in oēs authoritas, non debere tamē nos eidem obedientiā: propterea quòd defendat cultus impios, & manifestā idololatriā, in profanatione missarum: quòd deprauarit doctrinam pœnitentiæ: Satisfactiones affinxerit: Inuocationi sanctorum idolatricæ faueat: Tueatur doctrinam de Cœlibatu: de votis quoq;. Et ad hæc, quòd diuinā sibi authoritatem arroget (quod Antichristi vult esse propriū) nec suam authoritatē submittat, sed præmittat cōcilijs & ec- *Aduersariorū in Roma. pontificē & ecclesiam impudentes calumnie.*

clesiæ. Ex hijs enim satis causæ & ipsis & omnibus esse, cur illi non obediant, nec obedire debeant.

Si vniuersa doctrina, christianæ religionis & fidei, ex definitione & authoritate Lutheri & Philippi, aduersariorumq; penderet, & vniuersa essent eiusmodi, qualia pronūciantur ab eisdem: locus forte aliquis foret istiusmodi aduersus Romanum Pontifi. calumnijs. Sed cum rem planè contra habere demonstrauerimus in omnibus controuersiis superioribus, probariq; à Christo, & vniuersa catholica Christi ecclesia, non solum ea quæ nunc est, sed quæ omnibus sæculis ab ipso sui initio fuit quæcunq; damnātur ab istis: Quales sint istæ huius in Pontificem calumniæ, qualis merito habendus & ęstimādus ab omnibus, quiuis intelligit.

Qui & in hoc, suum candorē, qualem cognomine refert, & nusq̄ nō prodit, ac demonstrat, quòd doctrinam Roma. ecclesiæ (quæ à doctrina orthodoxa & catholica, singulari illo principalis cathedræ, quod & supra & alibi astruximus, priuilegio, dissentire non potest) impudentissimis suis conspergit mendacijs: quò saltem hoc colore & ingenio, istarum rerum ignaris & sibi facile credulis, hanc omni peste pestilentiorem sententiā suā persuadeat. Dicit enim, doceri ab ecclesia Romana et Papę, remitti nobis peccata propter dignitatem nostrorū operum. Item vt dubitare debeamus, an nobis cōtingat, peccatorum remissio: Nusq̄ docere, quòd gratis propter Christum peccata remittantur nobis. Quæ q̄ sint falsa, & aliena à doctrina Romanæ ecclesiæ, quam supra hac de re, controuersia. xi. exposuimus, ex eadem, nulli euidens non est.

Vt secū euidēter pugnent, nec quid velint ītelligāt.

Hoc vero in hijs admiraretur merito quispiam, nisi vbiq; in illis admirandum occurreret, quòd hic euidenter secum ipsi pugnant, nec quid velint, intelligunt: In

confeſſione veſtra (vt ipſos tantiſper compellem) agnoſcitis & tribuitis Epiſcopis, authoritatem cognoſcẽdi de doctrina, an cum Euangelio conſentiat, an vero pugnet: & reijciendi, quam diſſentire iudicauerint. Qua in re, cõfitemini eccleſias ijſdem ex iure diuino obedientiam debere: iuxta illud Christi. Qui vos audit, me audit. Epiſcopi, & in primis epiſcoporum ſummus, & totius rector eccleſiæ, vnàcum ſacerdotali concilio ſecum ſeruientium domino in loco cathedræ apoſtolicæ quę inter nos elegit dominus, iudicauit omnes quas vos impugnatis doctrinas, eſſe conſentientes Euangelio: quas cõtra aſſertis, pugnantes cum eodem. Cur ergo non defertis epiſcopali illi iudicio, cognitioni, & ſententiæ? Quid partes alienas inuaditis; & quod ad epiſcopalem authoritatem ipſi iure diuino pertinere agnoſcitis, vobis arrogatis? Quid epiſcopale iudicium, ad veſtrum reuocatis iudicium? Quod ſi ita facere liceat, quando tenebimur obedire epiſcopali iudicio, cognitioni, & ſententiæ, quam de doctrina aliqua profert, & eam vel damnat vt pugnantem, vel probat vt conſentientẽ Euãgelio? Si dixeritis, Quando pugnantem damnat, & conſentientem probat: Verum, ſiquid contra Euangelium doceat, tunc eccleſias habere mandatum Dei, quod obedientiam prohibet. Hoc erat, quod quærebatur & controuertebatur inter quoſdam de doctrina aliqua: pugnaret'ne, an conſentiret Euangelio. & ne iſtiuſmodi controuerſia & pugna inter aliquos vnitatem eccleſiæ & fidei in eadem ſcinderet; agnouiſtis neceſſarium, vt ad alicuius authoritatem, eius rei ſpectaret cognitio: & elegiſtis epiſcopalem authoritatem, cuius iudicio, ea in rę, etiam de iure diuino ſubieciſtis eccleſiam. Quòd ſi poſt prolatum illud iudicium, licebit hijs qui eam in eccleſiam introduxe⸗

runt controuersiam, æq; dissentire, & inter se, vt ante, contendere, planè frustratoriam, immo ridiculam ea in re authoritatem & cognitionem episcopalem facitis? Quem enim vnquam proferetis casum, in quo ecclesia episcopali cognitioni hac in re obedire tenebitur? An quñ doctrina quam probat, vere consentit Euãgelio? Quid si vere consentiat, & tamen vobis dissentire videaẽ? An quicquid vobis videtur, necessario verum est? Certe nõ esse, luce meridiana clarius demõstrauimus. Videtis'ne, q̃ vos ipsos hic ridiculos facitis? q̃ ipsi vosmetipsos, quid nam intelligatis & velitis non intelligitis?

Quam inique calũnientur in Ro. Pontifice quod diuinã sibi authoritatem vendicet.

Quòd vero Philippus ille, velut Antichristianismũ, in Papa calumniari pergit, quòd diuinam hic sibi authoritatem vendicet: q̃ id inconsiderate, impudenter, & inique faciat, is clarissime intelligit, qui perpẽdit etiã vnum quemlibet sacerdotem sibi iure merito vendicare, quod hic in Ponti. Maximo maledicto tam horrẽdo flagellat & persequitur. Neq; enim humana, sed diuina ea est authoritas, qua sacerdos peccata remittit hominibus: qua panem & vinum, in Christi corpus & sanguinem consecrat: Nõ est humana sed diuina authoritas significata in clauibus regni cœlorum, quas Christus promisit se daturum Petro, & dedit, cum iam ascensurus ad patrẽ, illum eiusdem regni pro se pastorem rectoremq; cõstituit: cui obnoxios fecit omnes qui ad hoc regnum pertinẽt: affirmans in cœlo ratum id fore, quicquid ipse i eo ligauerit, fixerit aut statuerit.

Vt optimo iure pastor, suã authoritatẽ nõ submittat, sed præmittat sibi subiectis ouibus.

Quòd illam suam authoritatẽ, non submittat, sed præmittat cõcilijs & cõmissę suo regimini ecclesiæ: hoc est, pastor suis ouibus, q̃ hoc iure, immo necessario faciat, lib. vi. hierarchiæ nostræ copiose demõstrauimus, Quẽ cum legerint, & rationes in eo nostras, falsitatis aut insufficientiæ coarguerint, tunc loquantur: interim vero

hac de re taceant: Quibus vna hac breui ratione mihi videor posse os occludere. Si Petro, & qui eius locum in ecclesia tenent, vniuersas Christi oues, etiam vt coniunctim intelligas, cõmissa sit a Christo pascendi & regendi authoritas: vt commissam irrefragabiliter demõstrauimus: hijs vice versa, necessario est imposita eidem obsequendi necessitas. & non, contra rerum naturã & ordinem, ijsdem data supra suum pastorem regendi iudicandiq; authoritas. Ecclesiastica multitudo & vniuersitas, ouium Christi explicata vocabulo, vt pascatur & regatur à suo illo ἡγεμονικῷ, rectore ac præside opus habet: vt autem regat, inepta est. Cum regiminis gubernacula male cõmitti numerosæ infinitæq; multitudini, euidens docet ratio.

Episcopo℞ maior q̃ presbyterorũ diuino iure authoritas.

Quòd sit ex iure diuino Episcoporum, vt nunc dicimus, supra inferioris ordinis, sacerdotes & presbyteros maior authoritas, & quód ad solos Episcopos aut Pontifices pertinuerit ab initio, ab ipsis apostolorum, æq; vt nostris temporibus, sacerdotes reliquos ordinare & constituere, in illo suo gradu ecclesiastico, non vero ad plebẽ aut ecclesiã, vt isti sibi & alijs nunc persuadere conantur: duobus nouissimis capitibus lib. ij. hierarchiæ nostræ luculenter à nobis demonstratum est, & simul excussa D. Hieronymi, quam contra adducunt, sententia, ad quæ breuitatis studio hic lectorem remittimus. Neq; enim possent hic paucis repeti, & suã illam seruare luculentiã. Hoc tamen hic paucis admonebo lectorem, vt ad formam attendat illius primitiuæ ecclesiæ: ad quam perpetuo videntur nos reuocare aduersarij, & iactare non cessant nostram ab illa discordare, suam vero cum ea cõsonare, ecclesiã. In illa certe, inuenimus Apostolos, qui suã illam authoritatem ĩmediate à Christo acceperãt, ordinasse primũ per loca opportuna Põtifices aut Ep̃os, qui

nelium Roma. Ponti. scribentem in hęc verba: Propter quod diligenter de diuina traditione, & apostolica obseruatione seruandum & tenendum est, quod apud nos quoque, & ferè in omnibus prouincijs tenetur: vt ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinaẽ, Episcopi eiusdē prouinciæ proximi quiq; conueniant: Et episcopus diligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime nouit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatiōe, vt de vniuersæ fraternitatis suffragio, & episcoporũ, qui in præsentia cōuenerant, iudicio, episcopatus ei deferretur, & manus ei īponerentur. Ex quibus demonstratũ existimant, ius eligendorũ episcoporũ & sacerdotum fuisse penes populum. Hijs addunt, ordinationem aliam, præter electiōem eiusmodi nō fuisse: nisi quòd episcopus impositiōe manuũ cōfirmabat istiusmodi electionē atq; ordinationē factā à populo. Accessisse quidē post, nouas & distinctas in ordinatione presbyteri et epi cæremonias, per quas hij, vniuersum huius ordinationis ius ad se trāstulerũt à populo, quales multas describit Dyonisius: sed esse illum authorem nouum & fictitium, quisquis tandē sit, Philippus ille sua authoritate pronunciat.

Itaq; cum epos nostros, nunc hostes ecclesiæ faciant, eo quòd nolint ordinare ministros, quales ipsi expetunt: ecclesias retinere ius suum, vocandi eligendi et ordinādi sibi ministros affirmant: quod nulla illis possit eripere humana authoritas: Quod ipsum affirmari volunt, ab Apostolo ad Ephesios, cum ait. Ascendit, dedit dona hominibus: enumerans pastores et doctores, inter propria dona ecclesiæ: addensq;, dari tales ad ministerium et edificationem corporis Christi. Hinc concludentes, ibi necessario esse ius eligendi et ordinandi ministros, vbi est vera ecclesia.

Eodem pertinere affirmant eas Christi sentētias, quibus testari illum volūt se dedisse claues, ecclesię: vt illam, Vbicūq; erūt duo vel tres cōgregati ī nomine meo, &c. Illam quoq; Petri, Vos estis regale sacerdotium. Quæ verba cum ad veram ecclesiam pertineant, cum ea sola sacerdotium habeat, dubium esse nolunt, quin ius eligendi & ordinandi ministros suos habeat: Nam quòd hæc sit cōmunis omnium illorū sententia, qualis à Philippo memorato libello apertius explicata est, tametsi magna parte in confeßione eorūdem dißimulata fuerit, testatur publica forma, quam obseruant, ordinationis ministrorū et presbyterorū ī suis ecclesiis. vt à nobis, velut vniuscuiuspiam priuati inter eos, dißimulari nō potuerit, sed necessario producenda in harenam, & euidēter coarguēda iugulandaq; fuerat.

Demōstratur, prædicta demonstrationis inefficacia.

Quam autem in connectendis hijs omnibus palpabili cœcitate laborēt, & sibi imponāt & alijs miseris, quò clarißime & tu Lector intelligas, fac tecum cogites, quàm immenso interuallo hæc à seinuicem distent: eligere: & electioni assensum ac bonum testimonium perhibere: electum deniq; ordinare, & ecclesiastica consecratione constituere in gradu ad quem electus est: potestatem demum, authoritatemq; tribuere cōuenientem suo gradui et officio.

Quæ hic distinguere oporteat, confusa per aduersarios.

Electionem sacerdotū nunq̄ pertinuisse ad populū, tāetsi eo cōsentiente solebat confirmari electio.

Siquidem sancti patres nostri (q̄uis eius exemplum nullum extet in actis aut scriptis apostolicis) considerantes spūalem profectū hoc requirere, vt sacerdotes et episcopos suos, oī non solum honore, sed etiā amore prosequerentur: hoc in primis etiam sacris sanctionibus prouidendum curauerūt, ne qs inuitis obtruderet̄ episcopus. Ne, inquit ille beatiss. Leo, ciuitas Episcopum nō optatum contemnat aut oderit: & fiat minus religiosa q̄ cōuenit, cui non licuit habere quē voluit. Itaq; non plebis, sed

cleri

cleri erat eligere: gratum tamen acceptumq; plebi, cuius erat consentire electioni, & bonum electo perhibere testimonium. Et hoc est, quod significauit Origenes, requiri præsentiã populi: non vt eligeret, sed vt electo perhiberet bonum testimonium. Vt sciãt, inquit, omnes, et certi sint, quia qui præstãtior est ex omni populo, ille eligitur ad sacerdotium. Vt sciant eligi prestantiorem, non vt eligant. Cuius nobis formam in Saulis electione ex sacrà producit historia. Electus siquidem à Deo est, & sacerdotis eius visibili consecratus ministerio. At iam electum statuit Samuel in medio populi, dicẽs ad eum. Certe videtis quem eligit dominus, quoniam nõ sit similis illi in omni populo. Idem & nihil amplius, verba Cypriani citata significant. Vt Episcopus, inquit, deligatur plebe presente. non dicit, vt plebs Episcopum deligat: sed vt deligatur ab ijs ad quos hoc spectat, plebe pñte, & suffragio suo electo perhibente bonũ testimonium: vt cui eius vita nota et probata sit. Proinde nec electionem quidem Episcoporum & sacerdotum vllo vnq̃ tẽpore pertinuisse ad plebem, ex hijs demõstratum est: Sed solum, quod in electione, eius iudicium & consensus expetitus fuerit. Qui tamen mos, post fuit abolitus, eã ob causam ob quã Augustinus ab Aurelio Episcopo, ipsius, non populi iudicio, coadiutor assumptus, etiam ipse iam senex suo iudicio sibi coadiutorem & in Episcopatu successorẽ assumpsit Eradium. Quam causam idem ille quadam expressit epistola. Scio enim, inquit, post obitus Episcoporum, per ambitiosos aut contentiosos solere perturbari ecclesias: quod sæpe expertus sum, & doleo.

D. Augustinus. vt suo, nõ populi iudicio sibi coadiutorem, et successorem delegerit.

Nec tamen, seu cleri illa electione, seu plebis cõsensu, sed sola Pontificali ordinatione et consecratione, quis fit, aut vnq̃ effectus est sacerdos aut Pontifex. Sicut nec ab homine, sed à Deo sibi cõgruẽtem potestatem accepit,

Nõ electione, sed pontificali ordinatione et consecratione,

GG

quem sacerdotem & Episcopum fieri.

Quorum ordinandorum & consecrandorum ritum, eundem fuisse apostolicis temporibus qui adhuc hodie cernitur, cum sacri inūctione chrismatis (quod et multis supra atque alibi irrefragabilibus testibus demonstrauimus) cum omnium clarissime conuincant, Dionysius ille, & Clemens apostolorum discipuli, libros quos sub eorundem nomine hactenus legit ecclesia, Philippus velut in sublimi residens, sua authoritate exauthorat.

Philippi censura, de libris Dionysii, & Clementis.

Itaque quod ecclesias suas suo nunc iure rite vti docet in vocandis eligendis et ordināndis sibi ministris suis; quod nulla possit ipsis auferre humana authoritas: praesertim, quod Episcopi recusent ipsis ordinare presbyteros & pastores quos expetunt, hoc est, lupos, seductores, & pestilentissimae doctrinae suae praecones: quàm id iure & rite faciant, ex hijs, quae diximus nulli dubium aut obscurū esse cōfidimus. Tm̄ sane habent eorū sacerdotes verae sacerdotalis authoritatis, quātū habuerūt sacerdotes Hieroboan. nihil plus sacri, nihil plus Christi est in illis offis eorum, aut coenis quas dicunt, dominicis, quibus ministri tales praesunt, quàm in coenis quibuscunque profanissimis: nihil veri in poenitentia: nulla vera peccatorum remissio, sed ficta mentitaq; omnia. vt verissime sit apud illos, qualis populus, talis sacerdos.

Quales sacerdotes habeant aduersariorū ecclesiae.

Ad confirmationem vero eiusdem sententiae suae, quā ex scripturis moliuntur, quoties respicio, & in hac controuersia, & in omnibus alijs, toties apud me certa stat illa sententia, nullos vnquam haereticos, quorum scripta mihi videre contingit, impudentius abusos scripturarum testimonijs, q̄ hi faciant: nullos eas induxisse improbabilius, longius aut alienius à germana eaq; clarissima sua sententia. Cuius & in superioribus subinde specimen exhibuimus.

Qualiter scripturas tractēt et inducāt aduersarij.

Hortatur nos in epistola ad Ephesios Apostolus, conseruare vnitatem ecclesiastici corporis, vt quod vno spiritu contineatur. In quod vocati & coadunati simus etiam in vna spe vocationis nostræ, sub vno domino, vna fide, vno baptismate, vnum habentes Deum & patrem vnum omnium, qui dederit vnicuique nostrum qui membra sumus eius corporis gratiam, secundū mēsurā donationis Christi: hoc est, per Christum caput huius corporis, & quam ille per suū spiritum influit in mēbris singulis. Id quod scripturæ authoritate de Christo loquentis comprobat. Ita enim psalmo.lxvij. legitur. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Quæ Apostolus ita, nunc dictæ suæ sententiæ, accommodat. Propter quod dicit, inquit, nimirum scriptura. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quæ autem sint illa dona quę vnicuique nostrum, diuersa, vt diuersis membris sui corporis influit, consequenter enumerans: Et ipse dedit, inquit, quosdam quidem Apostolos, quosdam autē prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Hactenus Apostolus. In cuius verbis, quod ad rem præsentem attinet, numquid est obscurum, aut ambiguum? A Christo dari hæc dona vnicuique nostrum affirmat, & velut membris sui corporis diuersis diuersa influi ad vtilitatem & ministerium necessarium corpori, atque ad eius ædificationem. Non dicit hæc dona, has diuisiones gratiarum, ipsum dedisse ecclesiæ, vt eadem quibus sibi videretur, illa distribueret: sed vnicuique nostrum, inquit, data est gratia sua. Et ipse quosdam, inquit, dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero Euāgelistas. Ecclesia vero nullos vnquam Apostolos fecis-

Quam absurde detorqueāt verba Apostoli.

se legitur: nullos item aut prophetas aut Euangelistas. Hæc enim singularia diuini spiritus dona sunt.

Christum claues regni sui et ecclesiæ, primo dedisse Petro.

Quas Chri sentẽtias illi inuenerunt, q̃bus ipse affirmet dedisse se claues ecclesiæ, inuenire ego nullas potui. Hoc inuenio, quod Christus vni singulariter inter oẽs Apostolos vna præsentes, Petro p̃miserit se daturũ claues regni huius sui, et ecclesiæ. inuenio quoq; vbi dederit: ibi nẽpe, cũ vni singulariter eiusdẽ illius sui regni commisit pastoralẽ curã & regimẽ. Vbi vero ecclesiæ primo & immediate claues aliquas aut promiserit, aut dederit, nullã syllabã inuenio. Hoc in primis certũ est, verba illa quę cl tant, nihil pertinere ad claues: sed commẽdãt Christianã vnitatem & consensum, atq; efficaciam communis orationis comprobant. Ita enim ijsdem præmisit continuo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis cõsenserit super terram, de omni re quancũque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorũ sum. Vides quàm nihil hæc ad claues pertineant. Quocunque tamen pertinent, ad aduersarios & ecclesias eorum pertinere non possunt: vt qui non congregantur in Christi nomine. In quo nulli congregantur, qui in ouili eius non sunt. qui eius pastorem et rectorem quẽ ipse constituit, non agnoscunt, sed plusq̃ hostiliter inpugnant: qui sunt diuisi ab illo corpore, ad quod congregantur aquilæ, in quo solo Christus est.

Verba Christi, Vbi sũt duo aut tres &c. nihil ad claues pertinere.

Vt male arguant ex illa Petri sententia, Vos estis regale sacerdotiũ.

Ex illa quã adiungunt Petri sententia, nihil habetur aliud, q̃ sacerdotium regale esse in ecclesia: & in eo consistere præcipuum, immo proprium magistratum, dignitatẽq; ecclesiæ. Sed quòd penes ecclesiam primo sit eius committendi ordinandiq; authoritas, ex verbis illis Petri consequens non est.

Quæ causæ diuino iure proprie pertineant ad iurisdi-

ctionem sacerdotalē, aut forum, quod dicimus, ecclesiasticum, ex dictis intelligere nō est difficile. Omnes nempe, quæ concernunt societatem Christianæ ecclesiæ vt eiusmodi. quęcunq; ordines, gradus & officia ministrorum eiusdem respiciunt. quæ stipēdia diuino iure deputata ministris ecclesiæ, hoc est, decimas, & quæ sacerdotia dicimus. quæ ex sacramento aliquo ecclesiastico, vt causæ matrimoniales, dependent. quæ item instituuntur via & modo correptionis euangelicæ. quæ ad correctionem ciuilium magistratuum pertinent, qui nullum alium supra se magistratum ciuilem recognoscūt, seu negligentium in suo officio, seu delinquentium, vel aduersum se mutuo, vel in subditos. Nam in alijs, ordinate, vsque ad primos illos vt procedatur, ipsa societatis cuiusq; forma & ratio exigit. Præter has causas, si quæ aliæ ad ecclesiasticum & episcopale iudicium alicubi translatæ sunt: vel præscriptione, vel longa consuetudine hoc obtētum est. vel tāquam iurisdictionem etiam sæcularem, donatione regum aut principum, aut vltronea populorum submissione obtinentibus Episcopis, ad eādem quoque pertinent.

Quæ causę, diuino iure pertineant ad iurisdictionē ecclesiasticam.

Vt vero demonstrent, nulli in ecclesia competere super alium authoritatem, aliquid præcipiendi, statuendi, ordinandi, leges condendi, seu de cæremonijs obseruādis in ecclesia, de ieiunijs, ferijs, aut alijs quibuscunq;, etiam quæ gradus ministrorum atque ordinum ecclesiasticorum, eorum officia, aut exercitium concernerent: breuiter, nihil, quod non æque in cuiusque libertate & arbitrio maneat facere, aut non facere (quod nos supra falsissimum, impijssimum, & vniuersæ Christi ecclesiæ pernitiosissimum demonstrauimus) mihi est graue & difficile ascribere. quod nullam in illis omnibus sententiarum cohærentiam, nullam demonstrationis formam videre

Vt demōstrēt, nulli in ecclesia competere authoritatē super aliū pręcipiendi aut statuēdi aliquid.

potuerim: sed vnũ illud q̃d' prouerbio dicitur, Nihil ap prehẽde, et fortiter tene. adeo sine vllo sensu, & cohærentia, cõstructa sũt oĩa. Ne tamẽ sibi aut alijs p̃suadeãt, q̃d declinauerim argumentorum suorum pondus, vim et efficaciam, conabor vniuersæ demonstrationis eorundem si quæ modo sit, membra exprimere, colligere, & componere, vt tu lector vnà mecũ videas et perpendas, quod monstrum resultet ex omnibus.

Vt ex datis his quæ assumunt omnibus nõ sequatur ea quã asserunt, conclusio.

In primis docere suos affirmant: Episcopos non habere potestatem statuendi aliquid contra Euangelium. Huic adiungunt, contra scripturam esse, traditiones condere aut exigere, vt per obseruationem earundem mereantur remissionem peccatorum, & satisfaciamus pro peccatis. Vt hæc ita se habeant atque illis dentur sicut volũt, quid tamen ex hijs assumptis inferant aut concludant, tametsi multa subijciant, inuoluta, perplexa, & aliò pertinentia, non possum intelligere. Certe ex illis non astrui, quam ipsi affirmant sententiam, per se euidens atque indubitatum est.

Non possint Episcopi contra Euãgelium aliquid statuere. Esto, contra Euangelium sit leges condere aut exigere, vt per obseruationem earum mereamur remissionem peccatorum: quod verum est, de proprie dicto illo merito, condigni videlicet: non vero de altero liberalis meriti genere, quod vni gratiæ, misericordiæ ac liberalitati domini innititur. Sit & hoc quoque scripturis aduersarium, vt in condendis eiusmodi legibus ad hoc respiciat earum conditor, vt homines per earum obseruationem pro peccatis satisfaciant. Quod tamen falsum est, nec vlla ab eis ratione, vllo argumẽto astruitur: & eò respiciebant canones illi pœnitentiales, qui in vsu erant in primatiua ecclesia. Sint tamen hæc vt voluerint, nunquid propterea nullo etiam alio respectu licet eccle-

siasticæ hierarchiæ præsidibus & rectoribus leges vllas condere? nihil statuere? nihil præcipere? nunquid eo respectu, vt honeste, decore, decenter, & cum reuerentia omnia agantur in domo ecclesiastica? nunquid præscripto aliquo tempore exigere, quod sine temporis præscriptione tũ à nobis exigit Christus et lex Euãgelica: quo nostrã pigritiã, socordiã & negligentiã excitet?

Qualia sint præcepta ecclesiæ, et quo respiciãt, quibus suos filios obligat.

Exigit à nobis Deus, vt eius cultui intendamus, nec tamen certũ eius modum aut tẽpns præscribit. Præceperunt ecclesiasticæ hierarchiæ præsides, vt certis diebus intendamus diuino cultui: conueniamus in locis & templis ad hæc dicatis: intersimus sacrosancto illo sacrificio quod per sacerdotes suos pro omnium nostrum salute Deo offert ecclesia, atque interim populus etiam Dei verbum audiat. Item, vt Dei erga nos beneficiorum, & mysteriorum redemptionis nostræ, statis per annum & recurrentibus temporibus solenniter agamus & celebremus singularem memoriam: quo in hunc modum in timore, amore, & cultu Dei contineatur populus: ne si totum eius permitteretur arbitrio, plane irreligiosus fieret. Quo etiam respectu, in diuinis officijs, quibus suis temporibus iussit interesse populum, decentes ceremonias seruari instituit, quibus aleretur religio & deuotio fidelis populi, & discerent atq; assuescerent se reuerentius erga Deum & diuina gerere.

Requirit à nobis Deus peccatorum nostrorum veram pœnitentiam, & vt eorundem remissionem quæramus sacerdotali ministerio: sed certum nobis tempus non præscripsit. Exigit quoque vt reficiamur pane illo viuifico qui de cœlo descendit & dat vitam mundo: sed nec huius certum nobis tempus præfixit. Qui salutis suæ diligentiorem curam

agunt, intelligunt frequenter sibi confugiendum ad hæc salutis recuperandæ & obtinendæ remedia. Crassioribus & negligentioribus, stimulis, & clacaribus opus est. Qui ne prorsus suæ salutis redderentur immemores, si vniuersa hæc dimitterentur in eorum arbitrio saluberrime constitutum est ab ecclesia, vt saltem semel in anno, quilibet Christifidelis rationis compos, salutari se subdat pœnitentiæ, & mensæ dominicæ particeps fiat.

Ad hæc considerans, quanta sit ieiuniorum & necessitas, & vtilitas, et efficatia, non solum ad mortificationē in nobis veteris hominis, sed etiam, ad diuinam erga nos irā placandam, misericordiam impetrandam, & obtinendū à Deo quæ petimus (quemadmodum supra controuersia xij. euidens fecimus) indixit fidelibus, filijs suis, certis diebus abstinere à carnibus: paucorum etiam dierum ieiunia præscripsit, quibus, & salutis suæ diligentiores admoneret plus facere, quàm ipsa exigit: negligētiores, præcepti vi à carnis desyderijs nōnunq̄ abstraheret. Quadragesimale vero ieiunium, quale ex Apostolorum traditione accepit, conseruat: & exigit quò, in eo, singulariter admonerentur Christifideles pœnitentiæ, ad quam, ipsum nos ieiunium præparat & sollicitat. Et quo salubrius, maiori que cum fructu celebraremus dominicæ passionis & nostræ per eam salutis redemptionis que mysteria: quibus singulariter celebrandis ab initio, ab ipsis Apostolis, in vniuersa toto orbe ecclesia, hoc tempus ante pascha constitutum est. Quo ita, velut concrucifixi, commortui, & consepulti Christo, etiam cum eodem conresurgentes, mysterij festorum paschalium efficeremur participes.

Hæc autē cur ita instituere non potuerūt ecclesiasticæ

hierarchiæ

hierarchiæ præsides, quibus gubernandæ regēdæq; ecclesiæ à Christo est cōmissa authoritas? Quibus dixit, fixū firmūq; in cœlis habiturum se, quicquid ipsi in eadem figerent, ligarēt & constituerent? Cur Christi fidelis quispiam, eorum à Christo subiectus authoritati & regimini, illis, his in rebus obedientiam non debebit? Ad hæc enim, assumpta illa per aduersarios in hac sua (quā nescio qualem moliuntur) demonstratione, principia, nihil pertinent. Nā palam est, hæc omnia, non solum non aduersari, sed maxime consentire Christi euangelio. Palam est etiam ex præmissis, præcipientes ista rectores ecclesiæ, non eo in ijsdem præcipiendis respexisse, vt per obseruationem eorundem vere et proprie mereremur remissionem peccatorum: nec item, vt per ea, pro peccatis suis satisfacerent homines: sed ad causas quas explicauimus, vtilissimas, sanctissimas, & planè necessarias.

Alijs proinde quibus hæc demonstrent principijs illis opus est: Quę, circumspicientes omnia, & excutientes vniuersos illius demonstrationis ipsorum angulos, requirimus equidem, sed nusq̄ inuenimus. Nam quasi ex principijs illis omnia ipsis clare demonstrata sint, tametsi nullam ex eisdem conclusionem inferāt, ne statim suboleret nasuto lectori eius collectionis (quam etiā ipsi mihi intellexisse videntur) inefficacia, hanc cōtinuo illis quæstionē subijciunt: Vnde, inquiunt, habent ius episcopi has traditiones imponendi ecclesiis ad grauandas conscientias? Diligenter cauent, ne loquantur more consueto, & vtantur proprijs & intellectis omnibus vocabulis. Nō interrogant vnde episcopi ius habeant leges aliquas condendi in ecclesia: aliquid etiam præcipiendi pro tempore, aut Christi fidelibus in vniuersum, aut, vni & alteri, prout ipsis exigere videtur præsentis status ecclesiæ necessitas aut vtilitas: sed interrogant, vnde ius habeāt, has traditio-

Vt studiose vitent aduersarij, etiā more cōsueto loqui, & vti vocabulis proprijs.

Si vero, de alijs quibusdam traditionibus loquantur, aut caballisticis, aut thalmudicis, aut pharisaicis, non loquuntur rei consentanea.

Quod illi quęstioni subiungunt & cōcludūt: Extare clara testimonia quæ prohibeant tales traditiones condere, vel ad promerendā remissionē peccatorum, vel tanq̃ necessarias ad iustitiā noui testamenti, aut ad salutem, q̃ nihil ad rem faciat, ex nunc dictis notum est.

Aeque nihil huc pertinēt scripturæ, quas ingēti aceruo, sed suo illo more cōgerunt, vt illud Pauli ad Coloss. Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomenię, aut sabbatorū, quæ sunt vmbra futurorū. Item, Si mortui estis cū Christo ab elemētis huius mundi, quid adhuc, tāq̃ viuentes in mūdo decernitis, Ne tetigeris, neq; gustaueris, neq; cōtrectaueris? Et ad Titum, Non attendas Iudaicis fabulis, et mandatis hominū auersantium veritatē: & illud Christi, Sinite eos: cæci sunt, & duces cæcorum. Item omnis plantatio quam nō plantauit pater meus, eradicabitur. His addūt, à scriptura vocari dictas leges ecclesiasticas, doctrinas dæmoniorum. Hæc inq̃ vniuersa, q̃ sint aliena à re de qua agitur, nulli esse dubiū pōt, qui ea suis locis legerit, præcedētia cū sequentibus conferens: Vniuersa enim illa quæ citant ex Apostolo, aduersus Iudaicam illam doctrinā pertinent, quæ etiam sub Christo exigebat legem Moysi tanquā ad salutem necessariā: aduersus quam, Paulo vbiq; fuit ingēs negocium. Quas vero idem doctrinas dæmoniorum dixerit, supra controuersia. xij. demonstrauimus. Quæ Christi verba citant, ad prædictas leges rectorum eccldsiæ non pertinent: sed primis, stultas quasdam & superstitiosas, immo & impias ac legi Dei contrarias pharisæorum doctrinas coarguit. secundis vero, aduersariorum & hæreticorum omnium doctrinas suggillat.

Quā impudēter abutantur scripturarū testimonijs.

Habes lector, aduersariorum demonstrationem, qua affirmant, ecclesię rectoribus & pastoribus nullā in eadē constituendi aliquid, aut quenq̄ obligandi authoritatem competere. Quam si diligenter contuleris cū rationibus nostris quibus demonstrauimus cōtrarium, securus sum de tuo in hac controuersia iudicio.

Inuestigatur reformādę in oībus suis mēbris ecclesię, ratia efficacissima & facillima.

Vnum superest, quod admonitos oēs cupio, qui vlla cura tanguntur vtilitatis publicæ, vt secū perpendant & considerent, q̄ sit miserāda & plane deploranda, q̄ fœda, quàm confusa Christianæ ecclesiæ facies: vt à planta pedis, vsq; ad verticem capitis non sit in ea sanitas: & vix vllum eius membrum in omni ordine & gradu, seu sacro, seu sæculari, suo ordini, gradui, & officio satisfaciat: sed suo loco emota, cōfusā, perturbataq; omnia, et neglecta, contempta, conculcata, & paulominus obliterata vniuersa disciplina publica. Episcopos toto orbe, ordinis dignitati, vita & moribus parum respondere: suo officio parū satisfacere: minime vero omnium in hac nostra Germania. quæ in tam multis nobilissimis atq; opulentissimis ecclesiis ac dioecesibus, tam paucos habet dignos episcopali honore et nomine. Quorum, tametsi gradus dignitatem authoritatemq; asserui, nō palpor vitijs. sed dico illis vę, atque iterum vę, qui sua culpa, istorum malorū non minimam causam præbuerunt & prębent in ecclesia. Sacerdotes sub eis, et ecclesiarum pastores, tales merito sunt quales episcopi: Sęculares etiā principes, nullus Dei timor, nulla religio, nulla denique in suo ordine superioris potestatis reuerentia continet: sed quisq; fertur suo impetu & arbitrio. Monarchæ aut supremæ potestates, insidiantur sibi mutuo: & in mutuam perniciem machinantur & intentæ sunt. Nullus vero inter oēs ad reipublicæ ecclesiæ vtilitatem & regni Christi honorem consensus est: nulla sympathia: nulla cōspiratio. Vniuersa hæc, magna atq;

efficacissima reformatione indigent: & reformatione nõ perfunctoria aut momentanea, sed solida, & quæ duret. Quam optant quidem boni omnes, sed non omnes efficacem eius modum perspiciunt. An quem vero ego dispiceam, nescio: tamen vnà mecum quęso omnes cogitẽt. Nullis certe synodis, nullis concilijs his malis mederi posse mihi certò videtur. Celebrentur synodi quotquot volueris, constituantur præfiganturq; omnibus ordinibus, gradibus & membris ecclesiæ, leges optimæ ac saluberrimæ (quæ non desunt iam olim statutæ si qui eas seruare curarẽt,) Quid tum deniq;? Quis exactor & vindex earundem erit, siquis in eas delinquat? siquis sequi nolit? Quis coercebit rebelles? Inobedientiam et transgressiones quis puniet? Quis inquã, nisi superintendentem omnibus efficacissimam aliquam authoritatẽ feceris? Da, hodie reformatã te habere in omnibus suis membris ecclesiam, episcopos, presbyteros, atq; alios ecclesiasticos ordines: da etiã sæculares oẽs principes, quẽq; in suo gradu et ordine, facere quod est sui officij: quãdiu quæso duraret ista facies ecclesię? Vt demutabiles oẽs homines sumus, vt etiam exigui temporis vita nostra, & bonis mali succedunt. Quos, quæ imaginabilis reformatio, vel metu pœnæ continebit in officio: vel submouebit officio incorrigibiles: nisi efficacissimam aliquam, vt diximus, authoritatem habuerimus in ecclesia, semper intendentem et superintendentem omnibus? Multos valde episcopos vniuersa habet ecclesia: multos etiam habet magistratus summos, quenq; in suo ordine, quorũ vnus non est subiectus alteri. Vt bonos semper sua sponte habeamus oẽs fieri prorsus non põt. Quid igitur remedij? Ego, quod mihi efficacissimũ videtur, libere prolaturus sum. Quisq; secum cogitet, & perpendat an inueniri possit facilius & efficacius: et oro Christum vt dignetur omnibus inspira-

Nullis aut synodis aut legibus, hanc reformationem efficaciter fieri et cõseruari posse.

re, sequi quod erit optimum.

Authoris hac de re sententia.

In primis hoc certũ habeo, attestante id ipsum scriptura, propter peccata populi irato illi Deo fieri, vt quales meretur, pastores & rectores habeat. Quod si ita est, sicut certo est, quilibet intelligit, vnde hac in re nobis necessario inchoandum sit: nempe, vt diuinã ante placemus offensam, & quisq; reuertatur à vijs suis pessimis, & syncero corde ad Deum cõuertatur, & illius fideliter imploret misericordiam. Quod, quãdiu non facimus, frustra cõsultamus: frustra conamur vt amoliamur plagam, quã nobis, peccatis nostris iratus Deus infligit.

Ab hoc proximum & secũdo loco mihi esse videtur, ad prædicta mala omnia, in omnibus ecclesiæ ordinibus & statibus persananda efficacissimum medium & remedium: vt reuocata ante omnia in ecclesiam, disciplina illa publica secundum morem veterẽ & antiquos canones ecclesiæ, (nisi qui planè non conuenirent nostris his sæculis) & in ordinem suum secundũ ecclesiasticæ hierarchiæ exigentiam, si quæ (vt multa) inde exorbitarunt & exorbitent (quocunq; id prætextu ac titulo factũ sit, nihil id referat, nullus eius respectus sit pro publica reformatione ecclesiæ,) restitutis omnibus, quod fiet, si clerus & religiosi quiq; suis episcopis subiecti sint: & sublata è medio omnis exemptio, quæ necessario turbat disciplinã publicam. episcopi quoque subiecti suis archiepiscopis: Illi suis primatibus, secundum exigentiam formę hierarchię ecclesiasticę: si deniq; in vsum reuocentur, & statutis suis tẽporibus serio peragantur & non simulentur, cõcilia et diocęsana et ꝓuincialia.) super hęc omnia vigilet, vnius igemonici authoritas: quæ tantum valeat, quantũ conseruãdæ vnitatis eiusmodi corporis, ecclesiasticæ societatis necessario exigit, et ipse Christus valere voluit: per quã, membra eius vniuersa possit in consensu & conspiratiõe

in mutuam totiusq; vtilitatem continere, quodq; in suo officio: ab vnoquoq; rationem eius exigere, delinquẽtes punire, excessus corrigere, vnitatem religiõis & fidei, & disciplinæ publicæ vigorem cõseruare in domo ecclesiastica: & efficere, vt in ea, oĩa ordine decenterq; gerãtur.

Nam si in hunc modum restitutis suo loco omnibus, suam rectori ecclesiæ authoritatem omnes religiose recognoscerent, & is bonus esset, in vnam sui domini gloriã, & sibi cõmissæ intentus vtilitatẽ ecclesiæ: oẽs intelligũt, vnius officio, nõ solũ pacata, sed decenter ordinata correcta reformataq; facile fore omnia in domo ecclesiastica.

Non confirmaret vllos electos aut nominatos ad regẽdas ecclesias, nisi diligenti inquisitiõe præuia, ætatę, vita, doctrina digni inuenti essent qui præficerentur ecclesiis, & episcopalibus præeminerent virtutibus. Si quando sibi præsentarentur alij, aut intelligeret principes ad quos forte priuilegio concessum est nominare ad vacantes ecclesias, ex eisdem vel nundinationem facere, vel carnis aut seruitiorum (vt ferè fit) magis q̃ ecclesiarum vtilitatis rationem habere, et querere magis prouidere sibi gratis de ecclesiis, aut earundem prouentibus, q̃ ecclesiis de pastoribus: eiusmodi electiones & nominationes libera authoritate reijceret. moneretq; electores aut nominatores vt eligerent dignos, nisi priuari vellent electionis priuilegio. Breuiter, igemonici rectorisq; opera, si suam illi authoritatem, vt tenentur, omnes religiose agnoscerent, & illum bonum prudentem & strennuum haberet ecclesia, singula membra in officio suo facile continerentur in domo ecclesiastica.

Vt autem bonum habeamus, magna parte in nobis situm est, si tales erga Deum nos reddiderimus, vt ipse dignetur nobis præstare pastores secundum cor suum: & non, quales meretur nostra iniquitas.

ſtica ſubſeruire debeãt,quo auferatur malum de medio eccleſiæ,& cæteri timorem habeant.

Sed quid,inquiunt,ſi Euangelio Chriſti cõtraria aut doceat,aut præcipiat? Iterũ occurrã. Quid ſi Chriſtus eccleſiam ſuã planè deſerat? Sed hanc curã illi permitte, qui tibi pręcepit,præſidi cathedræ,& Petro,obſequi indiſcuſſe,ſimpliciter,et in oĩbus. Omnia,inquit,quęcunq; vobis dixerint, ſeruate et facite,etiam ſi ſint vitæ perditæ. Et ad Petrũ, eccleſiaſticæ hierarchię deſignatũ præſidẽ: Quodcũq; ligaueris aut ſolueris ſuper terrã, in cœlis ratum habebitur à Deo. Noſtræ diſcuſſioni hic nihil reſeruatum eſt:ſed ſimpliciter nobis impoſita obediẽdi neceſſitas. Cui humiliter fideliterq; nos ſubmittentes, in eo errare nõ poſſumus. Nam idem ille nos iudicaturus eſt, qui eãm nobis neceſſitatem impoſuit. Quę vero aduerſarij criminantur doceri & præcipi ab illis, contra Chriſti euangeliũ:ſunt impudentiſſima contra Chriſtum & ſanctum Euangeliũ eius mendacia, quẽadmodum ſupra in omnibus cõtrouerſiis noſtris euidenter demõſtrauimus. Saltem, inquient,in ſacerdotijs & ſtipẽdijs eccleſiaſticis in quoſlibet cõferendis ius ordinariorũ omnium vſurpabunt,& eccleſias implebunt miniſtris inidoneis.

Ego vero, nihil niſi ad Chriſti gloriam & eccleſiæ vtilitatem facturos puto ſi boni fuerint: Vt autem boni ſint,nobis quo diximus modo curandum eſt. Cui forte addi poſſet, diſtrictio nõnulla in deligendo Pontifice, deſignandiſq; Cardinalibus: ſi quæ efficacior, q̃ obſeruata eſt hactenus,excogitari poterit. Quam ſua authoritate,haud grauatim edicturus eſſet Paulus Pontifex,eccleſiaſticæ vnitatis & reformationis cupiẽtiſſimus,pro vtilitate eccleſiæ. Qualeſcũq; tamẽ ſint, nihilo ferè peius ſacerdotia diſpenſabunt, quã nunc faciant ordinarij. quòd res ipſa ſatis demonſtrat, Qui ſi in his ad vnam reſpice-

rent vtilitatem ecclesię & Christi gloriam, nihil sibi eripi quererentur: immo onere illo, nec mediocri sanè, se leuatos gauderent, si quãdo in vacantibus sacerdotijs summus Pontifex eorum ordinationem & prouisionẽ anteuerteret. Certe, debet rector ecclesiæ, in eadem, dignos & benemeritos de republica, remunerare posse ecclesiasticis stipendijs: quenq; secundum rationem suæ dignitatis & meriti. Deinde, & hoc velut vinculo, arctius colligantur vniuersa membra ecclesię cum suo rectore & igemonico, & admonetur quisq; digne se gerere in cõmisso sibi officio, sentiens vbiq; vigere authoritatem ecclesiasticæ hierarchiæ præsidis, atq; se amouere posse si faciat aliter. Postremo, & hoc certum est, absq; euidenti nocumento ecclesiastici corporis, restringi non posse authoritatis igemonici & rectoris eius efficaciam. Vt vero tales habeamus, qui eadem vtantur pro vnà ecclesiæ vtilitate & Christi gloria, in hoc nobis omnibus votis & viribus incumbendum est.

Itaq; vt reuertar ad id vnde non nihil digressus sum: Ego sanè vt alio vllo modo ecclesiæ restitui posiit sua forma, species, vnitas, concordia, vigor, intelligere oĩno non possum, q̃ vt eius rectori ab omnibus religiosissime agnoscatur sua authoritas: demusq; operam omnem, vt eum habeamus optimum ac probatissimum. Quod fiet quo dictum est modo, si emendatis nostris vita & moribus, diuinaq; aduersum nos ira placata, dignos nos bono pastore exhibuerimus. Et si quæ forte exactior districtio excogitari posset, obseruanda in electione Pontificis, & designatione Cardinalium, edicenda ex authoritate ecclesiasticæ hierarchiæ præsidis. Nam ex his duobus, vniuersæ ecclesiæ salutem, vnitatem, concordiam, vigorem, reformationemq; pendere, euidens mihi esse videtur: Vt domus salus inde præcipue pendet, si patrisfa-

milias in eadem authoritas vehemẽter vigeat: eumq; bonum, frugi & prudentem habeat. Et cuiuslibet humanæ societatis vnitas, cōcordia & felicitas, ex efficacia authoritatis, simul et bonitate eius quo regitur igemonici. Monastica societas, ea regitur & valet optime, in qua maxime pollet boni Abbatis authoritas: Ita quoq; regnum illud felicissime administratur, in quo authoritas boni Regis & maxime valet, & est pollentissima. Neq; vllæ leges, vllę regulę pro conseruanda disciplina publica, pro continendis in officio ad mutuam & totius vtilitatẽ omnibus, vllam efficaciam obtinent, nisi illa vigeat quæ easdem exigat, igemonici authoritas.

Neque est, quod quisq̃ hac ratione aut tolli aut imminui authoritatẽ dignitatemq; cuiusq̃ forte imaginetur: quam contra, nulla quam hac, ratione magis crescere, augeri stabilirique posse, planè certum indubitatumq; est. Quandoquidem vna hæc ratio recepta serio & fideliter, perpetuam necessario pacem in ecclesiam secum introduceret & conseruaret: et mutuis, quodq; eius membrum, viribus, niti et crescere faceret. Quæ nunc, nō obedientes vnius rectoris imperio, in mutuam sunt intenta perniciẽ: suas in se vires frangunt, opes exhauriunt: & Christianã rempub. in tot particulas dissectam, religionis nostræ hostibus diripiendam conculcandamq; exponunt, in Christiani nominis non leue opprobrium.

Quod si nihil hac ratiōe certius & efficacius, pro vnitate, pace, concordia, & disciplina publica conseruanda, nihil etiam facilius inueniri poterit, oro Christum vt inspiret suorum mentibus, eã amplexari, & fideliter sequi: aut certe, vt meliorem, faciliorem, efficacioremq; ostendat aliam, & omnes sequi faciat.

DE DIVORTIATORVM NOVIS CONIVGIIS CONTRACTIS cum aliis, & vxorum pluralitate sub lege Euangelica, Quæstio.

An sub lege Euangelica cõiugibus diuortiatis legitime, ꝑmissum sit aliis nubere, vtroq; diuortiatorũ superstite: Aut etiã licita, absq; prioris diuortio, vxorũ pluralitas.

QVandoquidem Philippus, libello nuꝑ emisso tractans de potestate ecclesiastica, hãc inter cęteras rõnẽ affert, cur nõ debeamus iurisdictionem episcoporũ in causis matrimonialib⁹ agnoscere, etiam si eandem legitime præscripserint, quòd traditionem, vt ipse loquitur, aut legẽ iniustam cõdiderũt, quæ prohibeat nouũ coniugium personæ inocenti post diuortium: quòd facto diuortio, parti alterutræ licere (nisi forte pars rea impediretur) idem cũ Luthero in. i. ad Corinth, affirmat. Sint etiam et alij eiusdem professores Euangelij, qui vxorum pluralitatẽ, simpliciter & absq; prioris diuortio, christianis æq; vt illis veterib⁹ licere doceãt, & aliis suę ea in re libidini obsequẽdi authores sunt. (quòd ipsum etiã à Lutheri non abhorret sententia) qui malle se digamiã q̃ diuortiũ alicubi affirmat, imo & ancillã aduocare permittit, siqua cã vxor sit parũ idonea cõplexibus et vir ĩ venerẽ turgiat. Quin & Philippus post hunc suũ præceptorẽ, Paulo, eum dici digamũ affirmat, quẽ a sacerdotio excludit, qui duas simul, non successiue, vxores habeat. quos tota armenta sequũtur. innuunt proinde, hoc licere laicis: tametsi sacerdotibus interdictũ sit. Et pręsupponũt fuisse ĩter Christianos apostolicis tem-

poribus, qui simul duas vxores haberent, vnde cõsequẽs est, virũ vnum duabus simul vxoribus copulatũ fuisse legitimo matrimonio. Nam cui quis stupri consuetudine adhæret, & quam legitimæ vxori superinducit, pellex et adultera, non vxor est: neq; eiusmodi, duarũ simul vxorũ maritus est, sed vnius legitimæ tantũ: & mœchus alterius. Sed Paulo quis sit digamus cui sacerdotio interdicit, Cõtrouersia xv. demonstratum est. Hic vero visum est nũc propositã quæstionem separatim pertractare, & paulo diligentius excutere.

In primis, quãti cuiq; Christiano fieri merito debeat catholicæ ab initio christianæ ecclesiæ consensus, & tot sæculorum successione cõfirmata atq; eadem imutataq; pmanens sententia, etiamsi nusq̃ inueniretur ita clare expressa in scripturis, aduersus quas nõ inueniret ĩgeniosus cauillator aliquis quod diceret: nulli Christiano obscurũ merito esse debet: & supra à nobis, atq; alibi luculentissime demonstratum est.

Fuisse autem hunc totius ab initio ecclesiæ Christianę toto orbe diffusæ consensum, & cõem sentẽtiam, vxorũ pluralitatẽ, & diuortiatorũ inter quos fuerat verũ ratũ consummatumq; matrimõniũ, noua coniugia, viuẽtibus prioribus non licere, ipsa rei probat euidẽtia: quæ nemini obscura esse potest: quãdo non est vllum proferre inter Christianos & orthodoxos probatosq; habitũ, qui contra fecerit. Nec permisit ecclesia etiam his qui sub infidelitate secũdum ritum patrium, aut cõtraxerunt cũ pluribus, aut legitimã vxorem repudiarent, cõuersis ad fidẽ, vt vel plures vxores retinerent, aut cõtraherẽt cum alia, viuente ea quã repudiauerãt: sed illis, primę tantũ adhærere iussit: his vero interdixit cõtrahere cum alia, q̃diu repudiata viueret. Nisi post cõuersionẽ viri, illa requisita, cũ eo hitare rennueret: aut non sine creatoris cõtumelia.

Quo solo casu, etiã in nõ rato, quod dicũt, hoc est, in paganismo cõtracto matrimonio, permisit ecclesia diuortiato cõtrahere cũ altero. In matrimonio autẽ rato quod vocant hoc est, inter fideles cõtracto, nullo casu hoc permittit aut permisit vnq̃. Quę catholicæ ab initio ecclesię sñia clarissime explicat, in. c. Gaudemus. de diuortijs, in quo dicit. Siqs aũt ĩfideliũ, plures vxores simul habuerit (cũ id christianæ fidei inimicũ sit &c.) post fidẽ susceptã, primæ adhærere debet. Quòd si secũdũ ritũ suũ legitimã repudiauit vxorẽ, cum tale repudiũ veritas in Euangelio reprobauerit, nunquã ea viuẽte licite poterit aliã, etiã ad fidẽ Christi cõuersus, hẽre: nisi post conuersionẽ ipsius, illa remittat cohabitare cũ ipso, aut sine cõtumelia creatoris: vt eũ ꝑtrahat ad mortale peccatũ. Hęc dicto. c. Gaudem⁹. Cuius authoritatẽ quãti faciant aduersarij, nihil refert ad præsens. certe explicat cõem ecclesiæ, de proposita qõne sñiam. Quã ipsa rei euidẽtia cõfirmat & cõprobat: quãdo ab initio ad præsentẽ vsq; diẽ, nemo ĩuenitur vir honestus & orthodoxus inter Christianos habitus, qui cõtra fecerit: aut cui hoc facere tentãti ecclesia permiserit. Quod vnũ, quisqs aĩaduertit et cogitat, merito execratur impiã temeritatem hoc præsumẽtis, cõtra omne exẽplũ tot sæculorũ retro ab initio totius ecclesiæ. Quã, hoc ipsum dãnare vt illicitũ, & propterea, à Christi fidelibus vitatũ, non vero casu & fortuito, ex eo etiã quilibet intelligit: quòd quãuis subscribat libertati carnis, & nostræ cupiditati & libidini, posse quẽ plures simul vxores habere, aut quã qs habet, et forte nõ sine cã odio hẽt, repudiare, et aliã ducere: & proinde hoc voluissent, si licitũ credidissent, multi facere: præsertim, cũ & veterũ patriarcharũ, & ethnicorũ ritu ac more, licitum id habitũ fuerit: nemo tñ (vt dixi) Christi fideliũ, qui orthodoxus & vir probus, salutẽq; suã alicui⁹ facere sit hĩtus, ad hũcvsq; diẽ,

q̃ cõtra facere tẽtauerit, iuẽtus sit. velut clare itelligẽtib⁹ oĩbus, id nõ licere Christi fidelibus sub lege euãgelica.

Si cui tñ nõ sufficiat hic cõsensus, & cõis sñia ecclesiæ, sed (quæ est aduersariorũ nr̃orũ in nõ parũ multis impudẽtia) euidẽti diuinæ scripturæ authoritate hoc ipsum sibi demõstrari exegerit: nihili alioqui facturus, tam cõsonã ĩmutatãq́ꝫ, tot seculis perdurãtẽ totius ecclesiæ sentẽtiã, quã Paulus columnã & firmamẽtũ veritatis affirmat: & per quã solam etiã scripturarũ oĩum nobis cõstare authoritatẽ, supra atq́ꝫ alibi euidentissimũ fecimus. Videndum est, nunquid de hac quæstione definitum inueniamus á Christo in Euangelio, aut apostolicis literis.

Ante oĩa, ex Christi ipsius definitione certũ est, planè indissolubile suis, cõstare coniugij vinculũ: nec solui vllo repudio. Et quãuis iusta aliqua causa sit, ob quã liceat cõiugibus à se discedere, & dimittere vnus alterum, fornicationis nempe: ex dimissione tamẽ, quãuis iusta, nõ solui matrimonij vinculum, et quòd dimittẽs aut dimissus sine crimine adulterij, altero viuente, alteri coniugi nõ possit, ex Christi & Apostoli eius verbis planè ĩdubitatũ est.

Nam Christum interrogantibus tentandi gratia Phariseis, an ex quacũq́ꝫ causa liceret viro vxorem dimittere: ille respondit, primum verbis scripturæ de protoplastis, Quia qui fecit hominẽ ab initio, masculinum & fœmina creauit eos, et dixit. Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, et erunt duo in carne vna. Itaq́ꝫ iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Intelligentibus aũt illis ex eisdẽ verbis affirmari à Christo indissolubile planè matrimonij vinculum, et cõtra de libello repudij, quẽ ipsis permiserat Moyses replicantibus: permissionẽ eam fuisse velut minoris mali, ob cordis eorum duritiã, ad vitanda grauiora scandala idem respõdit; Ab initio autem,

hoc est, secundum institutionẽ matrimonij in primis parentibus nostris in paradiso factam à Deo, non fuisse sic, sed potius pugnare cũ eadẽ. Itaq; quod res erat, clare explicans: Dico, inquit, vobis, quia quicũq; dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit mœchatur. & qui dimissam duxerit, mœchatur.

In quibus Christi verbis, hoc in primis animaduertẽdum est: rñsione sua plus īnuisse ipsum, q̃ illi interrogauerant. Interrogauerant enim, an liceret homini quacũq; ex causa vxorẽ dimittere. Interrogauerãt aũt hoc, tentantes eũ, & sperantes illũ in sermonibus suis posse capere: memores (vt apparet) añ docuisse illũ: Dictũ qdẽ antiquis, vt qui vxorẽ suã dimitteret illi daret libellũ repudij: se vero dicere, Oẽm dimittentẽ vxorẽ suã excepta vna fornicationis causa, eã mœchari facere. mœchari quoq; omnẽ illũ qui dimissam duceret, Cui cõtra videbat̃ stare legis permissio: quã viris permittebat̃ quacũq; ex causa, absq; vlla eius specificatione aut restrictione, vxorẽ dimittere: nec minus licere & dimittenti, & dimissę vt alteri nuberent. Christus aũt īsidiosæ eorũ īterrogationi respõdens, ita verba sua librabat, vt quod calũniari in eis possent, nõ inuenirent qui vnã quęrebãt calũniã; certã aũt veritatẽ ex ijsdẽ intelligere possent, qui eã quærerẽt. Nam ad scripturã illos, & primęuã cõiugij à Deo institutionẽ reuocans, ex illis īdissolubile prorsus eius vinculũ demõstrat: nec ipsum, nisi inter duos subsistere debere (quẽadmodũ paulopost explicabimus) subinnuit: & polygamiã, tam ante legẽ, q̃ etiã sub lege vsitatã, in suis tacite condemnat. Vnicã tñ cãm approbat, ob quã licite se posiint dimittere cõiuges: fornicationẽ nẽpe. p̃ter quã fcã diuortia tolerata qdẽ & p̃missa illis fuisse à Moyse, ob cordis eorũ duriciẽ: at nõ probata à Deo significat. Fornicationẽ tñ nõ solũ corporalẽ, sed ẽt spũalem, cõmunis ecclesiæ snia, &

sanctorum

sanctorũ patrũ cõsensus hic ĩtelligit ex verbis Apostoli, docẽtis, licere q̃dẽ cõiugi fideli infidelẽ dimittere secũdũ hãc permissionẽ dñi, quãuis cõsulat ne faciant: velut non expediens. vt multa licent quæ non expediunt.

Secundo, Ex eisdem Christi verbis etiã hoc aduertẽdũ est, manere nihilominus indissolubile illud matrimonij vinculum, inter separatos, qualicunq; etiã repudio ac diuortio: iuxta eã, quã ex verbis scripturę de primęua cõiugij institutione simpliciter concluserat sententiam. nẽpe, a Deo indissolubiliter coniungi virum & vxorẽ, & Quos Deus cõiunxit, homo nõ separet. Itaq; affirmat, mœchari illũ, quisqs repudio dimissam duxerit. Quod si verum ęst: ergo dimissa, nõ est soluta à lege cõiugij, quo priori viro astricta extitit. Et quia cõiugij vĩculũ (quod ipsa nominis ratio indicat) non potęst nisi inter duos esse mutuũ: sequitur necessario, quod etiam dimittẽs, eodem maneat astrictus vinculo. Nec vllam quo ad hoc distinctionẽ aut restrictionem addidit, quin dimissam ducens adulter aut mœchus sit: siue iuste, nempe ob eius cõmissum adulteriũ: siue iniuste, ob aliam quampiã pręte͂sam causam dimissa sit. sed quicunq;, inquit, dimissam duxerit, mœchatur. Nã quæ præcedit restrictio (excepta fornicationis causa) dimittentẽ respicit: certe, dimissam omnino nõ respicit. Neq; enim existimandũ est, dictũ illud Christi, in dimissa ex alia q̃ fornicatiõis causa, locum tm̃ habere: in dimissa vero ex fornicationis causa, locum nõ habere: sed simpliciter atq; indistincte de dimissa et ducẽte eã loquitur, vno oĩum Euãgelistarũ consensu. & adulteriũ, non coniugiũ, quod inter ipsos contrahitur, nõ hoc tantũ loco, sed ẽt in sermone in mõte, pnunciat. Et absurdũ sane foret, si quo ad hoc, adultera & iuste dimissa à viro, q̃ proba matrona & iniuste repudiata, esset liberior, & plus præuilegij haberet: vt huic non liceret, illi vero li

ceret alteri nubere.

Nec quicquam hic valet quorundam commentum, quo adulteræ, & eam ob causam dimissæ, interdictam hic volunt à Christo nubendi licentiam: et proinde, mœchari dicatur, quisquis illam duxerit: quamuis, qui eandē dimisit ob fornicationis causam, velut iā liber à prioris illius matrimonij vinculo, licite cū altera cōtrahat. Primū, Quoniam ex certa ecclesiæ definitione, certū est, nō esse lege Christi interdictū adulteris, ne matrimonia cōtrahant: quando liberi sūt, ptātē habētes sui corporis, nec alteri alligati cōiugij vinculo. Tametsi in duobus casibus, illud ipsum eis interdicatur ab ecclesia: nēpe, si qn̄ adulteræ, viuēte adhuc viro suo, adulter fidē dedit, sumpturum se eam in cōiugē, si viro eius superuiueret. vel si quid machinati sunt in mortē priorū coniugū. Extra quos casus, mortuo eo (vt D. Augustini hoc verbis dicā) cum quo fuit verū cōiugiū, potest fieri cōiugiū etiā cū eo, cū quo præcessit adulterium. Multo ergo magis, cū alio, cū quo non præcessit adulteriū. Deinde. Huic cōmento, ipsa Christi verba clarissime resistunt. Dicit enī eū, qui dimissam ducit, mœchari, aut adulterium cōmittere (vtroque enim verbo vsus est: hoc in sermone in monte illo, in hac sua ad Pharizæorum interrogationem responsione.) Si cōmittit adulterium, qui etiam iusta de causa dimissam, ducit: ea ergo alterius fit vxor oportet. Quod si est, non est resolutū, quāuis per iustum repudiū, prioris mrimonij vinculū. Qd', quia nō pōt nisi inter duos esse mutuum: etiam dimittens eōdem adhuc ligatus permanet.

Tertio notandū est, ex eisdē illis Christi verbis euidēter etiam cōstare, nisi inter duos, marē & fœminā, cōstare nobis non posse matrimonij vinculū. Quia inquit, qui fecit hoīem ab initio, masculum et fœminā creauit eos, et dixit. Propter hoc dimittet homo patrē et matrē, & ad-

hærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Vides ab initio iter vnũ et vnã institutũ fuisse matrimonium. Adhærebit, inquit, vxori suæ, nõ vxoribus suis: & erunt duo in carne vna, nõ tres, decem, aut viginti in carne vna. quod tñ ad coniugũ plu- litatẽ necessario sequitur. Nã oẽs vxores, si plures sint, et earũ q̃libet, sunt vna caro cũ viro. Essent ergo seu decẽ, seu viginti, vna caro. Qua in re, tametsi à primæua illa in stitutione iandudũ lõge recessum fuerat: ipse tñ velut le- gis lator nouus eandẽ in vsum reuocans. Ego autẽ, inqt, dico vobis, etiã eũ q priorẽ quã habuit dimittit, & ducit alterã, adulteriũ cõmittẽ aut mœchari. Si mœchatur, er- go non nisi inter duos stat sacramẽtũ cõiugij: nec põt idẽ simul copulari vxoribus pluribus. Nã si potest: non mœ chatur qui dimissa seu iuste seu iniuste priore, ducit alte- rã: non inq̃ magis, q̃ si eadẽ retenta illi superinduceret al- terã. Posset quidẽ in dimittendo peccasse: posset etiam obligari iniuste dimissam iterum recipere: non tamen cõ mitteret adulterium illi superinducẽs alteram; si simul in ter plures q̃ binos legitimum constare posset coniugiũ. Et quãuis interiecta illa exceptione (nisi ob fornicatio nem) velut studio obscuriorem responsionem suã & sen- tentiam fecit: non tamen dubiã, ei qui veritatẽ & nõ calũ niã (queadmodũ quibus respõdebat) in Christi verbis q̃- rit. Siquidẽ, vis ipsa enũciatæ sententię, quæq; eidẽ præ- mittit, & quæ subiungit, euidenter loquunt̃ & cõuincũt restrictionẽ illam, exceptionemq;, solam dimissionẽ (de qua vna illi interrogauerãt) modificari & respicere. Prę misit enim, inter duos, ex diuina ab initio institutione (ad quam nos reuocat) non constare coniugium: præmisit quoque indissolubile planè coniugij vinculum: vt quod Deus connexuit. Addit ad hęc, mœchari ducentem aliã; etiam dimissa priore quam habuit. Vnde euidẽter sequi

tur, nō posse constare coniugiū inter virū & vxorē secūdā, viuēte priore quãuis dimissa: multo minus, eadē retēta, & vtraq; thori socia. Addit secūdo: mœchari eū, quisquis dimissam duxerit. Quod, nō magis i dimissa iuste, q̄ in dimissa ob fornicationis causam verum esse & necessario intelligendum, paulo ante demonstrauimus. Ergo à paritate rationis, mœchatur etiã vir qui dimisit vxorē, si aliam duxerit. Quę vniuersa, quando diligenter conferuntur in vnū, non sinūt dubiam esse in dictis Christi verbis sententiam, tametsi sit obscurior.

Cur vero interiecta dicta exceptione, velut studio ille suã obscurarit sententiam: ea mihi causa fuisse videtur. Quoniã Pharisæi, vt prædictū est, insidiabantur illi, sperantes in verbis & respōsione eius inuēturos se, quod calūniari possent apud populū: memores, vt videtur, eorū quæ in monte eadē de re ante docuerat, et aduersus ea, efficacē atq; irrefragibilē, ex verbis legis se putãtes habere obiectionē & calumniã. Id quod Euangelista nobis innuit dicens, quòd accesserint ad eū, tentantes ipsum. Hac de causa, nec aptis clarisq; verbis dãnauit polygamiã, tã ante legē, q̄ sub lege vsitatã patribus: nec iusta de causa dimittēti vxorē, dicit nō licere alterã ducere. Vtrūq; enim expositū fuisset graui calūniæ apud populū. vt quòd præsumeret nouas ipse leges condere: & Mosaicæ legis, qualis secundū literã videbatur, arctare, aut reuocare potius licentiã. Vtrūq; tamē, vt verbis illis suis efficaciter, q̄uis paulo obscurius, ob insidiatores illos innuit: ita discipulis suis, de eodē rursus domi percūctãtibus, aptioribus verbis et liberius exp̄siit: nec min⁹ nobis p̱ suū Apostolum.

Apud Marcū ita legitur. Et in domo discipuli eius de eodē interrogauerunt eū. Et ait illis. Quicunq; dimiserit vxorē suã, & aliã duxerit, adulteriū cōmittit super eã. Et si vxor dimiserit virum suū & alij nupserit, mœchatur.

Vides vt iā loquat̃ simpliciter et vniuersaliter a, absq; vl
la restrictione aut exceptione. Quicunq; dimiserit vxo-
rē suam & aliam duxerit, mœchatur super eā. Quare, su
per eam? Quia priori (quã q̄uis dimissa, ob matrimonij
indissolubile vīculū tñ sua q̄diu viuit p̄manet) superindu
cit alterā: cū qua nō pōt, illa viua, cōstare coniugij vincu
lū: vt quod duos tm̄ in vnā carnē copulat. Ergo mœcha
tur super illā, ea viua se cōiungens alteri. Aeq; absolutā
de muliere p̄fert sn̄iam. Et si vxor, inq̄t, dimiserit virū su-
um, & alij nupserit, mœchatur. nec vlla eā cā in hoc tu-
tat. Cur virū licite dimittere possit: causa ē. cur eo viuo,
q̄uis licite dimisso, alteri nubere possit, nulla causa ē. Itaq;
etiā Lucas eandē hanc Christi sn̄iam, simplicibus, absolu
tis, claris, & nihil scrupuli ingerētibus verbis nobis pro-
ferre voluit. Ita enim refert dixisse Christū. Oīs qui di-
mittit vxorē suā, & alterā ducit, mœchatur: & q̄ dimis-
sam à viro ducit, mœchatur. Vides vniuersalem, simplici
bus et absolutis verbis prolatā Christi sn̄iam. Nec tñ hic
voluit, quibus scripsit, Christifideles in errorē inducere.
quod indubie fecisset: nisi simpliciter & absolute ita se ha
beret, quo eam profert, Christi sn̄ia. Quā nūc vide, quo
pacto, quā simpliciter & aperte nos doceat Apostolus.

In primis, Nō nisi inter duos, vnā nēpe vxorē et vnū
virū, constare nobis secūdū p̄missam Christi doctrinā
legitimū cōiugiū, clarissime docet in prima ad Cori. affir
mās, virū vxori cōiūctū, sui coporis p̄tātē nō habere, sed
eā esse penes mulierē. Aeq; & hāc, sui corporis p̄tātē nō
habere, sed eā esse penes virū. Quod si ē, neuter pōt cor-
pus suū (cuius quo ad actū illū, & effectū cōiugalē p̄tātē
non habet) dare alteri. non magis vir, q̄ mulier: quos pa-
res in hac cā, dictis verbis pronūciat Apostolus. Deide,
Indissolubile plane esse coniugij vinculū, nec quocūq; di
uortio, sed morte tm̄ alterius cōiugū eius iura ac leges re-

soluí, nõ vno loco ĩculcat. Itaq; ad Rom. Nã quę sub vi ro, inqt, est mulier, viuẽte viro alligata ẽ legi: si autẽ mor tuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuẽte vi ro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si aũt mor tuus fuerit vir eius, liberata ẽ à lege viri: vt nõ sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et rursus in pria ad Cori. Mulier alligata est legi, quãto tẽpore viuit vir eius. Quod si dor mierit vir eius, libera est: vt cui vult nubat. Vides, vt vna mors alterius cõiugum, nulla autem dimissio, nullũ repu diũ, resoluat mutuã illã seruitutẽ et nexũ cõiugalis vincu li, quod Deus astringit et colligat. Vides deinde, vt aper tis verbis affirmet, nexis atque astrictis hoc vinculo, libe rũ non esse vt nubãt alteri. Ex quibus duobus, quamuis euidẽter consequatur, ob nullã causam, nullã dimissionẽ, nullũ diuortiũ, fieri posse vt quos Deus coniunxit indis solubili illo matrimonij vinculo, vtroque superstite pos sint alijs nubere: nihilominus, idem Apostolus, etiã hoc ipsum diserte expressit eodẽ loco in eadẽ epist. ad Cori.

Iis, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, pcipio, nõ ego sed dñs, vxorẽ à viro nõ discedere. Exceptam tamẽ in eo domini præcepto tacite intelligẽs, velut notã oĩbus, cau sam, quã ipse dominus excepit. Quãuis nec hoc suo, my sterio careat, quod exceptionẽ eandẽ non expresse adiece rit, sed potius simpliciter dixerit, præcipere dominũ, ne à se discedant coniuges: quippe, eo ipso significãs, magis si bi probari, etiam subexistẽte iusta discessionis causa, ne ta men à se discedant. Nam quod sit causa, ob quam licite di scedat vxor à viro, in his quæ subiunxit aperte innuit. Quod si, inquit, discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Hoc autem est, quod dicit: nõ suum, sed do mini esse præceptum, vt quæ mulier virum dimiserit, eo viuo (quod necessario subintelligẽdum est) innupta per maneat, aut illi recõcilietur. Certum est autem, de ea mu-

lere q̃ licite & iusta de causa à viro discessit, hic loq. Apo stolũ: ex disiunctiua quam eidẽ ꝓponit, & in eius ponit optione atq; arbitrio, nẽpe, illi p̃cipi à dño, vt vel innupta permaneat, vel vt viro suo reconciliet. Nã si qua, ex iniu sta causa mulier à viro suo recesserit, in eius arbitrio non ponitur, an innupta ꝑmanere, an reconciliari viro suo ve lit: sed reconciliari viro suo tenetur. Ergo ẽt, quę iusta cã & licite dimisit virum, nẽpe ob fornicationẽ, nõ põt tñ se cũdũ praeceptũ domini alteri nubere. Cũ autẽ, quod sępe dictũ est, ex ipsa rei natura mutuũ necessario sit coniugij vinculũ: & apud nos, quod non licet fœminis, æque non liceat viris: eademq; seruitus pari conditione censeatur. quẽadmodum paulo ante ex verbis Apostoli euidens fe cimus. plane constat, ęque nõ posse etiam virum, quãuis iusta causa vxorem dimittentẽ, eadẽ superstite alteri nu bere: sed æque ad ipsum pertinere illud præceptum do mini, quod nobis Apostolus explicat: aut manere innu ptum, aut vxori suæ recõciliari. Proinde, etiam de cõ iugatis in paganismo dicit Augustinus. Quod quãuis al tero se cõuertẽte ad fidẽ, liceat eidẽ ab altero velut à forni cãte spiritualiter, discedere secũdũ permissionẽ dñi: idip sum tamen vt faciat, non perpetuo expedire: quia affert alijs impedimẽtũ salutis. Nõ solũ, quia dimissi, perniciosis sime scandalizantur offensi: verum etiã, quia cũ in alia cõ iugia ceciderint viuentibus eis à quibus dimittũtur, adul ternis nexibus colligati difficile resoluuntur. Et citatur hæc Augustini sentẽtia. xxvij. q. I. c. Sic enim. Quæ si ve ra ẽ de cõiugibus, q in paganismo cõtraxerũt m̃rimoniũ (quod nõ ratũ dicimus) vt inter diuortiatos, q̃uis ex iu sta causa, nihilominus constet et permaneat cõiugale vin culũ, adeo, vt q priore sup̃stitę, à quo iusto diuortio sepa ratus est, alteri se coniũxit, adulterium committat: multo est verius atq; indubitatius de coniugibus fidelibus, inter

quos, ratum coniugiũ, velut à Deo indissolubiliter coniũ ctũ dicimus. Dictis itaq; diuinarũ scripturarũ, vt irrefragabilibus, ita euidentibus testimonijs, cum subscribat totius ab initio toto orbe diffusæ ecclesiæ consensus, & communis sententia, quæ semper vxorũ pluralitatem, et diuortiatorũ noua cõiugia ꝓ illicitis habuit: nec sit reperire vllũ ab initio ĩter Christianos & orthodoxos habitũ, qui plures simul vxores habuerit, aut priore repudiata et superstite aliã duxerit: nisi forte prætẽdens causas cur ab initio nullũ esset aut fuisset cũ priore coniugiũ: intelligũt oẽs, ꝙ pernicioso intolerãdo q; oĩbus bonis exẽplo, quidã Machometanã vitæ licẽtiã, in vxorũ, quot volueris, pluralitate, et nouis diuortiatorũ coniugijs superstitibus prioribus, inter nos introducere conãtur: imo iã introduxerũt. Sũt enim ẽt ex illustribus viris, qui vtrũq; fecerũt. Quorũ excusata à suis illis exẽpla, libertati carnis et vitę licentiæ subscribẽtia, ꝙ facile sequatur populus, nemo est qui ignorat. Et quãuis nulla Christi lex pluralitati vxorũ, aut diuortiatorũ nouis obstaret coniugijs: viri tñ boni non foret, ab institutis ac moribus auitis, immo, totius ab initio Christiani populi desciscere: & suo exemplo inter nos introducerę nouã vitæ licentiã. Quãꝗ & nostrorũ quibusdã, qui videri volunt, nõ paruã huius mali partẽ debeamus. vt qui laborãtes pernitiosissima illa affectatæ in omnibus nouitatis & singularitatis prurigine, quæ hęreticæ lepræ valde cognata est, pestilẽtissimæ huius atque alienissimæ à Christiana veritate sententiæ, iandudũ semina fecerunt, & fomenta suggesserũt. nec desinit qui aut soldalicij, aut personarũ affectu, magis ꝙ veritatis studio ducti, tam impudentes ac manifestarios errores conẽtur defendere. Et hactenus de quæstione proposita.

DE ACTIS QVAE NVPER EMISSA CIRCVNFERVNTVR, VI, ET VII. SYNODORVM, QVOD PARENGRAPHA SINT, ET MINIME GERMANA.

Alberti Pighij Diatribæ.

LL

DE ACTIS VI SYNODI quæ circumferuntur quod parengrapha sint, Alberti Pighij Diatribe.

Albertus Pighius Christiano lectori. S.

QVandoquidem conseruandæ religiõis & fidei in domo Dei viuẽtis, quæ est Christi ecclesia, vt semp̃ existimaui vel in primis necessariũ, vt principalis quædã, qua gubernaretur, & in finẽ suum dirigeretur, in ea esset (sine qua nulla subsistere põt societas) instituta à Christo authoritas: Ita dubitare non potui, quin ad eandẽ necessario pertinere debuerit, sua definitione & iudicio cõponere, subortas oẽs in eadẽ domo quæstiones & controuersias. In quibus, oẽs qui eius familiæ sunt, tenerentur illius sñiam simpliciter sequi, & iudicio obsequi. Qua in re, cũ & hoc mihi intelligere planè viderer, singularis alicuius diuinæ assistentiæ prærogatiua eandẽ opus habere: qua, nõ perinde, vt vnus quilibet nostrũ ex ea familia, relatas ad se questiões & controuersias sua definitiõe et iudicio definiẽs, labi sineretur: ne malũ bonũ, & bonũ malum statuẽs, tenebras lucẽ, et lucem tenebras, dux cæcus cæcis factus, nos secũ pertraheret in perditiõis foueã: facile mihi persuasi, in eo, Christũ nõ defuisse nec deesse suę ecclesię. Et, q̃uis humanæ hęc naturę excedãt virtutẽ et potẽtiã: ad quã respicientes, mendacẽ reperimus oẽm hoiem, & subiectũ infinitis erroribus. Quia tñ, non de cõciliata humanitus, sed diuinitus instituta ciuitate, super illũ montẽ fundata et posita nobis sermo est, in qua, idẽ ille eius architectus & cõditor, necessarios nobis magistratus instituit, & cuiq; officio suo conueniẽtẽ authoritatẽ, pote

ſtatem, energiamq́;, etiam quæ humanā, immo creatam vim oēm excederet, elargitus eſt. Ita in ſummi, atq; omniũ maxime neceſſarij magiſtratus in eadē conſtitutiōe, certo viſum eſt nobis, nec dormitaſſe, nec defeciſſe oipotem illā ſapientiā: quæ attingit à fine ad finē fortiter, et diſponit ſuauiter omnia. Cui, nec per os aſinæ nobis loqui, difficile eſt: multo minus, per ſuæ domus aut ciuitatis hierarchas, quos ipſe nobis conſtituit: qualeſcũq; alioqui illi ſint vitæ propriꝫ merito. Cui meæ ratiocinatiōi, quũ illā diuini ſpũs deliniationem deſignationēq; , quā in veteris illius populi ſynagoga expreſſit, Chriſti eccleſiæ, aperte ſubſcribētē inuenirem: in qua, vt iuſſi ſunt oēs, ſuas quæſtiones & altercationes, ſi quas haberent graues ac difficiles, referre ad authoritatē Pontificis Maximi, præſidis illi cathedræ Moſaycę, & ſacerdotũ ſecum pro tēpore vicis ſuę ſeruientiũ domino: & eorum ſniam abſq; ylla aut diſcuſſione aut exceptione ſimpliciter ſequi, iudicio obſequi: ita quęſitā apud illos, veritatē ſe inuecturos ſecuritatē acceperũt. Certiſſimo iā mihi perſuaſit vmbræ & figuræ, ad ſuũ corpus ſolidamq; veritatē analogię ratio, non minus hęc ipſa nobis, puiſa à Chriſto, in ſuo hoc regno, ſua eccleſia: vt videlicet principalis illa in eadem authoritas, ad quā neceſſario referenda erat exorta inter nos oīs de fide & religiōe quæſtio et controuerſia, & quā ſequi oēs oportebat, ſuffulta eſſet indefectibilis fidei ſingulari aliqua prærogatiua ac priuilegio: & æque non ſineretur errare in ſuis iudicijs et definitiōibus, pro vtilitate ad eandē confugientiũ & veritatē requirentiũ, q̃ in illa vmbra & figura veteri. Immo tanto vniuerſa hæc nobis, q̃ illis, prouiſa certius ac diligentius: quanto maior eorundem, nobis, q̃ veteri illi ſynagogæ, erat neceſſitas. Cui cum verba quoq; Chriſti apud Lucā euidēter ſubſcribere cernerē: quibus affirmat oraſſe ſe pro Petro, velut eccleſiaſti-

cæ hierarchiæ (quē iandudū designauerat) principe, ne fides eius deficeret ad confirmandos frēs in fide: (quod ad eius officiū præcipue pertinere significauit): et in eandem sniam, veteres illos, orthodoxos toto orbe patres omnes cōcurrere, qui in Petri successoribus, atq; eius cathedra, ex dictis Christi verbis, indeflectibilis fidei singulare priuilegiū recognouerūt & venerati sunt: & cōfessi, in vna illa, vt magistra fidei orthodoxæ vniuersæ ecclesię, singulari priuilegio conseruatā fidei integritatē, qualis ab apostolis ab initio est tradita: Vnā, inter oēs totius orbis ecclesias, nūq̄ cōtaminatā impietate hęretica: Non potuit non certissima esse ea apud me, & firmissime stare sententia. Et q̄uis illi contra, nobis ingens ingereretur Romanorū Pon. ecclesiasticæ hierarchiæ præsidum catalogus: qui à scriptoribus plerisq; nobis producuntur & infamātur vt hæretici: nihil tamen hoc infirmabat illā, ex tam certis principijs constitutam apud me sententiā. Cum sanctissimos ēt viros, & viuentes, & mortuos, falsis criminibus & calumnijs laceratos à plerisque scriptoribus certo cognoscerem: nec vllum inuenirem omnium, qui authores proferuntur inustæ Pontificibus illis quos commemorant notæ hæresis, de quibus & credere & dicere nefas existimarem, ea in re passos humanum aliquid: et, vel lapsos errore, vel maleuolentiæ studio, eius sentētiæ authores fuisse posteris. Id quod diligentius excutienti ipsam rei veritatē, & illorum oīum qui ex aduerso producūtur, vitæ historiā, deprehēsum est mihi esse verissimū. Queadmodū lib. iiij. hierarchiæ nostrę, per singulos, prę sertim aūt in Anastasio Pōti. et Gratiano, illo decretorū cōpilatore, à quo ille, orthodoxus alioq et sanctus Pontifex, nō semel infamatur & producit᷑ vt hęreticus, ita euidēs fecimus, vt vel digitis palpari possit īpudens calūnia: nec iueniāt aduersarij quod cōtra posint dicere. tametsi

maxime inuentū cuperēt. non solū illi, qui nunc ex professo impugnant authoritatē ecclesiasticę hierarchię p̄sidis, et eā vniuersam euersam vellent: sed ēt nostrorū pleriq;. Qui cū nihil didicerunt, q̄ quæ in sorbonis & scholis audire cōsueuerūt: nō ferūt ijs cōtradici ab aliquo, ne quid ignorasse videātur: sed ea vniuersa, tametsi parū sana, velut definitiōes certas, et ecclesiastica dogmata nobis proferūt. Qui cū de cæteris oībus nihil habeāt, quod nostris cōtradicere valeant: in vno tamen Honorio triūphare se gloriantur, & iactant: vt quē non à priuato scriptorū aliquo, cui cōtra sentire & dicere liceat: sed à duobus concilijs vniuersalibus. vi. & vij. quorum necessario apud nos sacrosancta authoritas est, affirmant, pronunciatū hæreticū. Ex quibus quidā, multorum iudicio egregie doctus, suo aūt ipsius iudicio oīum doctissimus, cū forte Ratisbonæ, in doctissimorū hoīum conuentu de hoc ipso agerēt serio, & ego prædictā sn̄iam assererem, vt certā & verissimā, tanto cū supercilio & fastu mihi obiecit Honoriū & prædictas synodos, vt desperare se de salute mea diceret, nisi recantarē eam sn̄iam. Quem cū ego contra sponsione prouocarē, intra tridui spatiū me prolaturū scripto rationes plerasq;, ob quas crederē acta illorū conciliorū quæ circūferuntur, maxime quā parte Honorij mentionē faciūt, nō esse vndequaq; germana & certæ fidei: quibus si satisfacere posset altero triduo, in eius me cōsensurum sn̄iam: sponsiōi quidē ex parte nostra satisfactū est, ille vero suæ parti defuit: q̄tumuis à me prouocatus ēt coram multis magnisq; testibus. Itaq;, tametsi memorato hierarchiæ nostrę loco, ēt Honorium, ab iniusta illa sibi hęresis nota vindicare studuerim, & demōstrare, nō eē, quæ circūferuntur, germanā ea acta memoratorū conciliorū: quæ, nescimus vnde, & absq; vllius certæ fidei testimonio, nūc primū prodierunt in publicū. Quia tamē id

ipsum, vt distracti in alia multa, et pperãtes ad finẽ instituti tũc operis, obiter fecimus: et multis imponere dictorum cõciliorũ titulos & noïa intelleximus, quibus per se non est magnũ de hijs quę legũt, iudiciũ, sed absq; iudicio recipiunt quæcũq; demũ et qualiacunq; sint ea, quæ ingerũtur sub probati alicuius authoris noïe: nec fas putant illa reuocari ad examen & iudiciũ. Visum est mihi illas ipsas rationes nostras, quibus adducti nihil dubitamus, acta illa quæ circũferũtur, sextæ synodi, nũq̃ vere acta in vlla legitima synodo, sed maxima sui parte cõmẽtitia et mendacia: nec minus ea quoq; quæ hoc ipso pene anno pdierunt, synodi vij, in plerisq;, certę falsitatis notis conspersa fermentataq; esse (vt miris nũc artibus & technis veterator ille et antiquus serpẽs hijs nouissimis tẽporibus, quibus relaxatæ ipsi liberiores habenæ videntur, oppugnat Christi ecclesiã, atq; insidiatur simplicioribus) visum est inquã eas ipsas rationes nostras, p̄missis subiungere: Primũ, quòd eiusdẽ temporis & loci, atq; ijsdẽ cognata fœtura sunt: deinde, vt illis christiane admonearis lector, nõ temere credere, quibuscũq; demũ quæ nunc in lucem proferuntur, sub quorũuis noïe & titulis, nec habẽt sęculorum præcedentiũ consentiẽs certũq; testimoniũ, quòd illorũ sint, cum quorũ titulis prodeunt. Ad hęc, ne aduersus prærogatiuã illam, quã & in præmissis cõtrouersijs, et alibi asseruimus, principalis authoritatis in ecclesia, hierarchiæ ecclesiasticæ præsidis, & de qua, vt certã oẽs sententiam habeãt, publicæ ecclesię saluti atq; eius vnitati in primis conducere mihi certo persuasum est: quicq̃ te moueant falsa impiorũ hominum cõmenta, sub magnis, sed alienis falsisq; titulis. Postremo, quoniã in recessu plus habere, & longe aliò q̃ oẽs intelligant, spectare acta illa, quæ se mentiuntur, sextæ synodi, mihi videre videor: & talem nobis celebrandorũ in ecclesia conciliorũ formam

inducere, quæ & cũ ſcripturis pugnet, & exẽplis celebratorũ in eccleſia conciliorum omniũ: & qualem ferè nunc imaginantur, qui omnem ordinem, omnẽ hierarchiam, immo oẽm religionẽ ex eccleſia ſublatam cuperent: Ex quorũ officina prodijſſe illa non imerito videri poſſunt. Quæ, dum qualia ſint, tibi palàm facere ſtudeo: ſi tu interim lector liberum auerſumq; ab ementitis illis titulis animum, vni rei, veritatiq; diligenter accõmodaueris, nihil dubito in noſtram te conceſſurum ſententiam. Vale.

QVOD ACTA VI SYNODI QVAE circunferuntur parengrapha ſint, Alberti Pighij diatribe.

IN primis non fuiſſe cõciliũ eccleſiaſticũ, & legitimũ, ſi quod fuerit, cuius ea ſint acta, definitiões & iudicia, hac mihi rõne euidẽs videtur. Quoniam ſecundum diuinę legis definitionem, ſacerdotalis propriè muneris & officij eſt, legem Dei docere populum, & quæcũque ad religionem eius pertinent: ac definire, ſiquid in illis, quæſtionis, ambiguitatis, ac difficultatis inciderit. Ita enim dixit dominus ad Aaron. Præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanũ, inter pollutum & mundũ: doceatiſq; filios Iſrael oĩa legitima mea. & rurſus in Deutero. Accedẽt, ĩquit, ſacerdotes, filij Leui, quos elegerit dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in noĩe eius, et ad verbum eorũ oẽ negocium pendet: & quicquid mundum vel immundũ iudicetur, & iterum per Ezechielem. Populum meũ docebunt, quid inter ſanctum ſit et profanum, inter mundũ & immundũ oſtendent eis: & cum

Ratio prima Ex modo & forma quo celebratũ memoratur.

Sacerdotalis muneris eẽ definire & iudicare incidẽtes de religiõe & fide controuerſias.

fuerit controuersia, stabũt in iudicijs meis: & iudicabũt. Vides cuius sit muneris & officij, docere populum quæ ad legem Dei, religionẽ cultumq; eius pertinent, & stare ad iudicandum in iudicijs domini, cũ de his exorta fuerit quæstio et cõtrouersia aliqua grauis ac difficilis. Quã omnem, vt referrent omnes ad locum quẽcũq; elegisset dñs, hoc est, ad principalem cathedram, & sacerdotes in eadem seruientes dño vnà cũ eius præside, per Moysen veteribus illis edixerat diuinus spiritus: & districte exegit, ne ad dexterã aut sinistram declinarent ab eorũ iudicio. imo, & mortis pœnam constituit cõtemptoribus authoritatis, sententiæ, & imperij sacerdotis præsidis. De quo, vt nostræ peruicatiæ oẽm prætextum, omne palliũ inobedientiæ excluderet, ne'ue quisq̃, rectum'ne illud & iustum, an iniquum & iniustum esset, merito sibi dubitãdum diceret, & ante inquirendũ discutiendumq;, quàm illi teneretur obsequi: is ille, cuius nomẽ est fidelis & verax, fidelem sponsionẽ interposuit, quod ijdem illi, idicaturi essent iudicij veritatem inquirentibus. Et indicabũt, inquit, tibi iudicij veritatem. Qui sibi permittet imputari, si eius præcepto obsequẽtes, in subortis quæstionibus & cõtrouersiis errauerimus: Pontificis Max. et sacerdotalis, quod illi adest, cõcilij, sequuti sentẽtiam & iudiciũ. Hoc quippe illud est pactum, quod per prophetã, indignis sacerdotibus exprobrat se pepigisse cum Leui, hoc est, vniuerso sacerdotali ordine. (Nam Leui aliquot annorum centurijs pręcesserat vniuersum illud vetus sacerdotium) quod ijdem, quãtum in ipsis erat, faciebant irritum. Pactum, inquit, meũ fuit cum Leui, dicit dominus exercituũ: pactum meũ fuit cũ eo vitę & pacis. Lex veritatis in ore eius, & iniqtas nõ est inuẽta ĩ labijs eius &c. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituũ est.

Prærogatiua præsidũ principali cathedræ.

Præcipit proinde nobis Saluator, vt faciamus quæcunq; nobis dicunt, qui in cathedra resident, etiamsi sint vitæ perditæ. Nam multa dicens in Scribas & Phariseos, & vę, iterum iterumq; denuntians, ne tamen quisquã existimaret eorum demerita quicquam detrahere priuilegio, cui præsidebant cathedræ, aut prærogatiuæ authoritatis, sacerdotalis, quod indigne tenebant, officij, adiunxit. Super cathedram Moysi sederunt Scribę et Pharisei. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate et facite: secundum opera autem eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Vides ex ore, & labijs sacerdotis, secundum pactum quod pepigit cum Leui, discẽdam nobis legem Dei: non vero ex eorum manibus aut operibus: nec vitæ eorum indignitatem quicq̃ derogare authoritati sacerdotalis officij, aut prærogatiuæ, cui præsident, cathedrę: quo minus, aut illi, tibi annuncient veritatem quæsiti iudicij: aut tu, eorum sententiam sequi tenearis: & facere, iuxta omnia quæ dixerint & docuerint. non quia boni, sancti, & singulari præ alijs omnibus eruditione sunt præditi: sed quia sacerdotes, sedentes super cathedram. Scribas enim illos et Phariseos suis depictos coloribus, affirmans tamen super cathedram sedere, subiungit. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate et facite. Ideo seruate, non quia Scribæ et Pharisei: non quia quales ante descripserat: sed quia sedent super cathedram. Sed hæc alibi astruximus accuratius. Quod vero hic ex hijs constare atq; euidens esse voluimus, hoc est: quod ad principalis cathedræ præsidem, et sacerdotale, quod illi adest, concilium, non vero ad Imperatorem, Reges, Principes, et Laicum populum, ex Dei constitutione pertineat, dijudicare ac definire quæstiones et controuersias, quæ ad fidem et religionem, cultumq; diuinum pertinent. Id

quod omnes semp Christiani religiosiq; Principes inge nue agnouerunt et confessi sunt.

Sic magnus ille Constantinus, qui primi illius vniuersalis Niceni concilij auctor, certe procurator fuerat: immo, qui primus celebrandorum in ecclesiam vniuersalium conciliorum introduxit exemplum, et formã praebuit posteris, cum in vnum conuenissent venerabiles illi ex toto orbe Sacerdotes & Episcopi, eosq; in praeparatam ipsis instructamq; pro tãto consessu domũ introduceret, ipse vltimus, cum paucis suis, ĩgressus est: nec ante, quàm petita ab illis, quo id sibi liceret, & concessa esset licentia: nec aequali inter eosdem, velut vnus ex cognitoribus & iudicibus, sed humiliori sede resedit: velut spectator & testis quispiam, custos, assertorq; synodalis authoritatis & iudicij.

Officia Imperatorũ et saecularium principum ĩ celebratis cõciliis vniuersalibus.

Constantinus in synodo Nicęna vt se gesserit.

Sic & Theodosius ille minor, Candidianum comitẽ vice sua ad primam Ephesinam synodum mittens, literis ad eandem suis confessus est ad se nõ pertinere, vt interesset synodalibus tractatibus, iudicijs, ac definitionibus: sed vt eorum authoritatẽ tutaretur & assereret. Deputatus est, inquit, Candidianus magnificentiss. Comes strennuorum domesticorum, trãsire vsq; ad sanctissimã synodum vestram. Et in nullo quidem quae faciundae sunt de pijs dogmatibus quaestiones, seu potius expositiones, communicare. Illicitum nanq; est, eum qui non sit ex ordine sanctiss. Episcoporum, ecclesiasticis immisceri tractatibus. Agnoscit hic, totius tamen Christiani orbis Imperator, sui iuris nõ esse, nõ solum vt pręsideat, sed nec, vt intersit synodalibus cognitionibus et definitionibus cõtrouersiarũ & quaestionũ de dogmatibus fidei: immo, confitetur atq; affirmat hoc esse illicitum, vt qui ex sacerdotali ordine non est, immisceatur ecclesiasticis tractatibus eiusmodi.

Recognitio Theodosii in Ephesina pria synodo.

Martianus calcedoneñ. synodo vt interfuerit.

Eandem prædecessorũ suorum Christianã pietatem ac modestiam, idemq; exemplum, sequutus est Martianus Princeps Christianiss. in Calcenodensi synodo: nec nisi magna istãtia exoratus à Legatis beatiss. Leonis, et sedis apostolicæ, ex eorũdem volũtate & snia; disposuit ex suo comitatu, velut custodes quosdã, ptectoresq; & assistentes cõcilio: qui Imperiali ptãte, à factionibus improborũ, ac seditiosis tumultibus (quibus paulo ante celebrata impia illa Ephesina secũda synodus plena fuerat) ipsum tutarentur cõcilium. Et tandem sessione .vi. etiam ipse sui præsentiã cõcilio exhibens, & patres exhortatus ad concordiam, dixit inter cætera: ad confirmãdam fidẽ, secundum synodalem sententiam, non vero ad ostentandam potentiam, magni Constantini Impera. exemplo, intrasse se synodum: vt, inquit, abiecta omni prauitate, quorundam amputatis erroribus, quæ à vobis ordinata fuerint, in perpetuũ conseruentur. Agnouit & exhibuit suum in concilio officium: nec ignorauit, ad quos pertineret ordinare in synodo conseruanda perpetuo. Quæ, inquit, à vobis, non à nobis, ordinata fuerint.

Theodericus Gothorũ rex, quid sui officii esse recognouerit et cõfessus sit erga ecclesiasticũ et sacerdotale cõcilium.

Idem agnouit, atq; etiam ingenue confessus est, Theodericus, ille Ghotorum rex, q̃uis Arrianus, in concilio quod eodem adnitente rege, in causa Symmachi Romani Ponti. Romæ celebratum est. In quo, cum iste de grauibus quibusdam criminib⁹ accusaretur ab æmulis: interloqueretur autẽ concilium iudicari à se non posse primæ sedis Epũm: illi ad regem prouocabant, vt quem sciebãt, aduersum & insensum Pontifici. Ille vero, seu tantorũ patrum authoritate permotus, seu (vt multi tunc crediderant) ob exemplum, quod longius respiciebat, diuinitus inspiratus, respondisse legitur, synodalis arbitrij esse in tanto negotio sequenda præscribere: nam ad se, nihil præter reuerentiam, de ecclesiasticis rebus pertinere: to-

tium permittens episcoporum authoritati & iudicio.

Quinto vniuersali concilio, Constantinopolitano.ij. ille Iustinianus Impe. magnificētiss. quis eadem in vrbe præsens, nunq̄ iterfuit: tametsi pleraq; multa, ad se vndecunq; relata, referret ad concilij definitionem & iudiciū. Neq; enim à patribus ad hoc inuitatus fuerat, nec vt inuitaretur vlla vrgebat necessitas: sed modum suum agnoscens, sacerdotali iudicio libere permisit causas fidei, et ecclesiasticas: sequutus synodalem authoritatem, definitionem, et sententiam.

Quīto vniuersale cōcilio Iustinianū Imp. quāuis præsentem, nunq̄ interfuisse, nec vt interesset inuitatum à patribus.

Et hæc cōciliorū ecclesiasticorū primæ notæ et authoritatis ante sextum illud celebratorū exempla sunt. hæc, officij Imperatorum in ipsis concilijs.

At concilio illi, si quod fuit, cuius sint acta quæ circūferuntur, et impugnamus vt cōmenticia, Imperator cū proceribus aulicis suis, plena authoritate p̄sidet, oīumq; graduum, dignitatum, atq; ordinum inuersa facie, cōmutatoq; ordine, præferuntur Consules & Patricij Romano Pontifi. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis. Ad læuam illis cōstituūtur Legati apostolicæ sedis & summi hierarchæ ecclesiæ: ad dextrā, si Deo placet, Græculi episcopi. Ipse cum suis, in tribunali aut throno Maiestatis gloriosus residet: agit vniuersa, qn̄ præsens est, quæ ad principem sacerdotū, eiusq; vicarium in sacerdotali cōcilio pertinēt: proponit, interrogat, iubet, examinat, iudicat, decernit: breuiter ad eum solum dicūtur referunturq; oīa. Cum abest, eandē sibi authoritatē iudiciariā vsurpāt aulici eius proceres, velut principis nomine: tacentibus & ad oīa cōniuentibus miseris Patriarchis, Archiepis, et Epis: et gloriosissimi iudices vocitāt in actis illis adulterinis et fictitijs: præferunturq; in omnibus vniuerso reliquo concilio. Ita enim in eisdē actis sæpissime replicatum legitur. Gloriosiss. iudices, & san-

Impatorē cum aulicis suis proceribus plena authoritate præsedisse illi cōmenticio cōcilio.

Laici iudices actorum agendorūq; oīum in dicto concilio.

ctum concilium dixerunt? Quibus obsecro, quis dedit illi hijs caussis authoritatem iudiciariam: quã ad solos sacerdotes coniunctos cum suo Principe & Ponti. Max. iure diuino pertinere demonstrauimus? De hijs enim, non illis dictum est à Deo, vt in quæstionibus eiusmodi ad verbum eorum pendere deberet vniuersum negocium. De hijs, non illis, dictum est ab eodem, vt cum orta fuerit controuersia, quæ legem Dei, fidem religionemq; concernit, stent in iudicijs domini & iudicent. Ad hos, non illos, misit dubitantes & controuertentes de quæstione aliqua graui ac difficili: & districtissime præcepit, absq; vlla vlteriori discussione eorundem sententiam sequi & iudicium. De hijs, non illis, dictum est à Christo, Omnia quæcunq; vobis dixerint, seruate & facite, etiam qualicunq; alioqui vita tibi esse videantur. Hij sunt illi angeli aut nuntij domini exercituum, ex quorum ore requirendam nobis legem Dei per prophetam denunciat.

Quàm id præter ius et morem cõcilio-rum sit.

Recognouit ille Theodosius, & confessus est non licere, vt quisquã immisceatur ecclesiasticis tractatibus, qui ex ordine sacerdotali non est: & hijs licitum fuit, hominibus profanissimis, præsidere tractatibus istiusmodi, & sibi in illis vsurpare authoritatem iudiciariam? Magnus ille & vere Christianus Princeps Constantinus, cum sacerdotum aduersum se mutuo querelas ad se deferri videret, agnouit & confessus est, Sacerdotes & Episcopos, sæcularium hominum in Christi regno & ecclesia, quãuis Imperatoris, Regum & Principum, à Deo cõstitutos iudices: & non cõtra horũ, illos, subiacere posse iudicio. Deus, inquit, vos constituit sacerdotes, & potestatẽ vobis dedit, de nobis quoq; iudicandi, & nos à vobis recte iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus, sæcularibus videlicet, iudicari.

Publice recognitiões Christianissimorũ et Maximorũ Impe. Theodosii iunioris. Constantini magni. Theodosii maioris, et nota liberam D. Ambrosii constantiam et sñiam.

Et D. Ambrosius, cum à Valentiniano Imperatore de fide iuberetur certare, cum Auxentio Arriano i consistorio Imperiali, & sub Imperatoris iudicio, libera id recusauit constantia: atq; se aduersum illum patris eius Theodosii maioris, nō solum vocibus, sed etiam legibus tutatus est. quibus illum sanxisse affirmat, In causa fidei, vel ecclesiastici alicuius ordinis, eū iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim, inquit, verba rescripti sunt. hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Proinde, & eūdem Valentinianum his verbis compellare non dubitauit. Quando, inquit, audisti clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatiōe curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores: & quod Deus donauit mihi, hoc ipse putem alijs esse cedendum? &c. At certe, si vel scripturarū seriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquā fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Hæc ille Ambrosius. At in commenticio hoc concilio, Græculus Imperator, in principali throno gloriosus residens, in cā fidei, tot summos Episcopos iudicat? In primæ sedis, & catholicæ totius ecclesiæ præsulem, etiam rebus humanis exemptum, damnationis profert sentētiā? Iam Christo coniunctum, anathema ab eodem pronunciat? Nihil adhuc disputo, quàm maturo, discusso, exactoq; iudicio, quàm iuste aut iniuste fuissent hæ prolatæ sententiæ à cōpetentibus iudicibus: hoc enim paulo post explicabitur. Sed hoc tantum hic noto, quòd ille Imperator, illi gloriosissimi, scilicet, Iudices, homines profani & laici, istiusmodi finguntur protulisse sententias. Et ne dicas sacerdotalis concilij, & non imperiali authoritate, has prolatas sententias, quāuis ille interfuerit aut præse-

derit concilio, aut forte quod id ipsum fecerit ex commissione Romani pontificis ecclesiasticæ hierarchię pręsidis. Hoc factum nunquam probabitur, aut etiam potuisse fieri, vt laicus homo præsideret velut iudex summus, in sacerdotali concilio, & definiendis causis istiusmodi. immo, nec factum quidem in illis ipsis actis memoratur, aut fingitur. Illud vero factum, aut saltem fictum, actio.xviij. demonstrat: in qua Imperator ipse, in edicto quod eidem nominatim & proprie adscribitur, habet in hæc verba. Super hæc omnia anathematizamus atq; refutamus & eos, qui supervacuos & nouitiorum dogmatum hęreticos authores & fautores sequuti sunt. Dicimus autem Theodorum, qui fuit Faranitanus Episcopus: & Sergium qui fuit huius à Deo cōseruandæ nostræ regiæ vrbis constitutus antistes, huic cōsentaneum, ac moribus & impietate parilem. Ad hæc & Honorium, qui fuit antiquæ Romæ Papa, horū hęreseos in omnibus fautorem, cōcursorem atq; confirmatorem. Hic ipse loquitur & anathematizat Imperator: anathematizat autem Romanū Pontificē, & alios iamdudum humanis rebus exemptos Episcopos.

Authoritas regia vt pręsidere nō possit in cōcilio ecclesiastico altero exemplo astruitur.

Tempore Odoacris Herulorū regis, qui tunc ī vrbe Roma dn̄abat̄, vacāte forte sede apostolica: Basilius vir eminētiss. p̄fectus prætorio, & p̄dicti regis vices agens, consulendi quieti vrbis, & ecclesiæ indemnitati, studio, conuocato Episcoporum Romæ tum præsentium concilio in Mausęolum, cū super electione futura Romani Pontificis, & rerum ecclesiasticarū conseruatione cū eisdem religiose, pieq; consultaret, velut regia, quæ tunc Romæ dominabatur, authoritate, tamen cum præsentiū Episcoporum consensu, legem pro conseruandis ecclesiarum bonis sancire conatus est: atq; in hæc verba ad cōcilium Episcoporum loquutus legitur.

Si amplitudini

Si amplitudini vestræ & sanctitati placet, incolumia ōia, quæ ad futuri antistitis electionē respiciunt, reseruemus: hanc legē specialiter præferētes, quā nobis hæredibusq; nr̄is Chr̄ianę mētis diuotione sancimus, ne vnquā prædium, siue rusticū, siue vrbanū, vel ornamētū, aut ministeria ecclesiarum quę nūc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad ecclesiarū iura peruenerint, quocunq; titulo aut commēto alienari liceat. Et quicūq; hoc facere voluerit: inefficax sit, atq; in irritū reuocetur. sitq; facienti & cōsentienti, danti atq; accipienti, anathema. Hæc inquā lex, in vtilitatē ecclesiarū, ab illo, pia intentione, & tanquā ex assensu concilij & Episcoporū prolata est. Quia tamen in ea proferenda, homo Laicus & à sacerdotali ordine alienus, sed regiam authoritatē præferens, velut Episcopali concilio præsidens, & in eo vltra modum suum se extendens, se penè principalem fecerat: Episcopi rem considerantes post maturius, & exempli eius perpendentes pernitiē, non tulerūt legem eiusmodi in eum modum prolatam, alicuius esse momenti & efficaciæ: dicentes, & vere dicentes, quòd non licuerit homini Laico dictare anathema in ordinē ecclesiasticum, nec sacerdoti anathema dicere: sed quod eiusmodi legis sanciēdæ authoritas ad neminē spectaret, quàm ad vnum ecclesiasticæ hierarchiæ pręsidem, Romanum Ponti. Et hic, Græculus Imperator, cū gloriosis illis suis iudicibus, scilicet, aulicis proceribus, pro tribunali sedens, assistentibus sibi & tacentibus Episcopis, anathema dictat in summi ordinis Episcopos, iandudū humanis exemptos iudicijs? Calcedoneñ. synodus hoc vnum, velut planè intolerabile, atq; omnium grauissimum, vt pote, ad dissolutionem hierarchiæ ecclesiasticę spectans (vnde suus decor, suus vigor, sua pendet salus ecclesiæ) in Dioscoro præcipue vlta est, quòd ipse, secundę sedis Episcopus, quāuis vniuersalis, in quo regnabat, cō

Calcedoneñ. synodus q̄ grauiter sit vlta i Dioscorū, qd in Pontificem Rom. ausus sit proferre excōmunicatiōis sētentiam.

cilij Ephesini secundi authoritatem preferens, in beatiss. Leonem Roma. Ponti. proferre præsumpsisset excommunicationis sententiã: & incõicabilẽ eũ facere, vñ pẽdebat vnitas & cõmunio totius ecclesiæ. Quẽ & irreparabiliter eã ob rẽ dãnauerunt, atq; omni sacerdotali honore nudatum sua eiecerunt ecclesia: nec aliter discusserunt, iustã ne, an iniusta fuisset ea sentẽtia, q̃ quod ipse temerario atq; improbo ausu ĩ summũ hierarchã, cui ex forma hierarchię subiectus fuerat, insurrexisset ecclesię. Quod, vt testantur acta eius concilij: ita Anatholius, q̃uis Constantinopolitanus Episcopus, & qui eiusdem Leonis authoritatẽ aduersum se expertus fuerat, ingenue tamẽ confessus est: nec ignorare potuit, vt qui Calcedonẽsis illius concilij magna pars extiterat. Et hic, filius patri suo, iã dudum quiescenti in pace, & cuius eatenus apud omnes (quod mox demonstrabimus) sanctissima memoria fuerat, Romano Põtifici, anathema dicit? Hoccine quisq̃, cui vel mica sanæ mentis & iudicij superest, in concilio, non solum ecclesiastico, sed etiam vniuersali et legitimo, actum potest credere?

A minori.

Et hæc nobis ratio satis euidenter demonstrare videtur, quod nullũ fuerit cõciliũ ecclesiasticũ legitimũ, minime vero omnium vniuersale, cuius eiusmodi acta fuerit: videlicet ex eius moderatore & præside, gloriosisq; illis quos profert, iudicibus. ad quorum authoritatem pertinere non potuerunt, quæ peracta illic referuntur iudicia.

Ratio Secũda Ex mõ et forma processus iudiciarii aduersus damnatos in concilio vt hæreticos.

Altera nobis ratio, qua idẽ mihi euidens esse videtur, ex modo ducitur & forma processus iudiciarij aduersus eos habiti, qui in eodem concilio damnantur vt hæretici, & anathema pronunciantur. Est autem quæ sequitur.

Maior, aut Assumptio.

Non põt esse legitimũ cõciliũ ecclesiasticũ, vniuersale præsertim, in quo, iam exempti humanis rebus aliqui, dãnantur vt hæretici & anathema dicũtur: quod pcedit ex

abrupto, temere, inconsiderate, non præcedentibus argu mētis & probationibus legitimis, irrefragabilibus, & luce clarioribus de tam enormi crimine: & quod in eo decesserint. Vtrunq; enim est necessariū. Primū, in omni iudicio, quo quis damnatur alicuius criminis. Secūdū, Singulariter in eo iudicio quo pronunciat anathema in mortuum: præsertim, qui in vita nullius criminis notatus, aut in legitimo iudicio dānatus extitit. Est enī anathema, ex vsu scripturæ & ecclesiastico, præscisio à Chri corpore. & fieri anathema, præscīdi ab eodē. Quæ authoritas, ecclesiæ, hoc est, eius summis hierarchis, rectoribus & pastoribus, in contumaces et suis iussionibus ac moderationibus rebelles, cōpetit. Cum dānatur mortuus, aut anathema pronunciatur: declaratiue tantum, non iam authoritatiue fit. hoc est, non præscinditur authoritate ecclesiæ à societate Christi & corpore: sed prescisus declaratur. In quo iudicio, ne sit vsurpatum, falsum ac temerarium, necesse est, vt iudicanti certo constet, nō solum vere commisisse illum hoc crimen cuius damnatur, sed etiā quòd in eo decesserit finaliter impœnitēs. Nullum enim est peccatum tam graue, quod non tollatur vera pœnitentia: & de quo, ēt cuiq; quandiu in statu huius vitæ est, pœnitendi facultas sublata non est. nisi forte excipienda sit vna in spiritum sanctum blasphemia. De qua tamen, quæ ea sit, nondum inter omnes conuenit: cum ferè impœnitentiam finalem, eam ipsam definiant: tametsi mihi non probetur ea sententia. Vtcunque tamen hoc sit, de nullo mortuo sine temeritate definiri potest, quòd diuisus sit à Christi societate & corpore, de quo non certo nobis cōstat, quòd in aliquo eorum criminum quæ à Christi regno & societate nos excludūt, decesserit finaliter impœnitēs. Constat ergo assumpta per nos propositio. nēpe, fieri no posse, vt sit legitimū conciliū ecclesiasti-

Fieri anathema.

Mortuus, quo pacto damnari, et anathema pronunciari possit.

cam, vniuersali præsertim, quo, qui, iam mortui, sunt dãnati hæreseos, & anathema pronunciati, non præcedentibus argumentis ac probationibus certis & irrefragabilibus, non solum de tam enormi crimine, sed etiam quod in eo impœnitentes discesserint.

Sumptio à minore. Eiusmodi autem fuit concilium, si quod tamẽ fuit, cuius ea sunt acta quæ circunferantur. vi. synodi. Siquidem damnatus legitur in eis Honorius, & alij pleriq; iandudum vita hac defuncti, vt hæretici: & anathema pronunciati, hoc est, declarati diuisi à Christi societate & corpore: de quibus illi concilio nunquã legitime, & certis argumentis constitit, quòd hæretici fuerint, & in crimine hæresis impœnitentes discesserint, sine quo non potuit nõ esse temerarium & iniquissimum illud iudicium. Quod vt euidenter intelligatur ab omnibus in primis & ante omnia intelligẽdum est, quid sit esse hæreticum, & quod crimen hęresis.

Minoris probatio.

Hæresis, quid Est autem hęresis, ex vsu diuinæ scripturæ & ecclesiastico, crimen grauissimũ, quod Apostolus inter illa opera carnis enumerat, Idololatriam, veneficia, homicidia, et quæ eius generis sunt: de quibus pronũciat. Quoniã qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

Deinde et hoc intelligẽdũ est: Hęresim, ex vsu earũdũ scripturũ, ecclesiasticorũq; patrum, esse erroneam fidem, qua creditur cõtra quã habeat cõmunis, definita ac certa fides ecclesiæ: nec hoc ipsum credens ignorat, sed sibi persuadet, aut persuasus est, à magistris doctrinæ hæreticæ, se rectius credere, quàm communiter credat ecclesia. Neque enim omnis error, de aliquo, quod pertinet ad veritatem alicuius credendorum, aut nostrę fidei, est hæresis. Nõ enim omnis error eiusmodi, capitale crimen est: immo errare in aliquo eorum etiam sine peccato contingit. Sed is error atq; eiusmodi, quo singulare aliquod eligi-

tur, ab eo, qui non ignorat communem Christifideliũ fi-
dem habere oppositum: et quo, quis se seiungit ac diuidit
à communi Christi corpore. Quare & hæresis, hoc est,
electio, dicitur: et per se ipsum, hoc est, suo ipsius iudicio
dãnatus hæreticus (quia separatus & diuisus à communi
ecclesia) pronunciatur ab Apostolo. Habet proinde adiũ
ctam etiã secum pertinaciã. Scit enim, sed sequi nõ curat
cõmunẽ sentẽtiã ecclesiæ. Verissime proinde Origenes
in epist. ad Titũ, tractans illud Apostoli. Hęreticũ homi
nẽ post vnã & alterã correptionẽ deuita, sciens quoniã
peruersus est, qui est eiusmodi, & proprio iudicio cõdẽ-
natus. Hæreticus nobis, inquit, habendus est omnis ille,
qui Christo se credere ꝓfitetur, et alud de veritate Chri
stianæ fidei credit, q̃ habeat definitio traditionis ecclesia-
sticæ. Certũ ergo quid ante sit oportet, ex definitione tra
ditionis ecclesiasticę, anteq̃ error, aut erronea de eo fides,
possit dici hæresis. Nota præterea cui sufficiẽter sit opor-
tet, de eo ipo, definitio traditiõis ecclesiasticę, aut cõis ec-
clesię sententia, vt error illi cõtrarius dici possit crimẽ hæ
resis. Vbi enim quis crederet, q̃uis falsum aliquod, tñ nõ
dum definitum in vnã partem aut alterã ab ecclesia, vt de
quo forte nũq̃ quæsitũ est, aut ita controuersum, vt eccle-
się visum sit definitionẽ aliquã iterponere, q̃uis forte ei⁹
oppositum inferri posset ex nõnullis scripturæ locis, aut
ijs quæ cõmuniter sentit ecclesia, aut iandudum eius defi-
nitione certa sunt: immo, etiamsi planè sentiret contra cõ
munẽ, & iã definitã ecclesiæ, et scripturarũ sententiã, hoc
ipsum tamen non animaduerteret, sed generali nihilomi
nus fide maneret in ecclesia: vere paratus semper eius sen-
tentię, mox vt sibi intellecta foret, se submittere: is erra-
re quidẽ in fide, sed non esset hæreticus, vt pote, carẽs su
perba illa diabolicaq; cõtumacia, & electione singularis
opinionis, à cõmuni, quæ sibi ignota nõ est, sentẽtia: quã,

Hæretici definitio apud Originem.

& ipse(vt ferè fit)ante cum omnibus ſequutus eſt: & intelligit Apoſtolicam ſedem, & eos quorum fidei merito ſe confirmare tenetur, ſentire oppoſitum. Vnde ſcitũ eſt illud Auguſtini. Errare poſſum, at hæreticus eſſe nõ poſſum.

Qualis inquiſitionis proceſſus de crimine Honorii habitus legatur in actis illius vi conci.

Hoc ſuppoſito, videamus nũc pceſſum inquiſitiõis de Honorio, habitũ ab eodẽ cõmẽticio(quod nos dicimus) concilio: teſtes: & eorũ examẽ legitimũ: argumenta quoque producta aduerſus eundem, ex quibus concilio luce clarius conſtare potuit, ipſum fuiſſe, & deceſſiſſe hæreticum, impœnitentem finaliter. Vtrunque enim concilio illi conſtare debuerat: quo iuſte potuiſſet eum iã quinquaginta annis mortuum, & in pace quieſcentem, damnare vt hæreticum, atque ipſum anathema dicere. hoc eſt, declarare diuiſum à Chriſti ſocietate & corpore. Quemadmodum ſupra demonſtrauimus.

Vide tãti criminis quale argumẽtum illis iudicibus, ad mortui damnationem ſuffecerit.

Certe poſt excuſſa diligenter illius concilij acta omnia, nullum proceſſum inquiſitionis de tã damnabili crimine, & quòd in illo deceſſerit impœnitens, aduerſus illum habitum fuiſſe inuenio: ſed tãtum inter chartas Macharij, productas ex chartophylacio Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, inuentum commemoratur exẽplar epiſtolarum, eius titulo & nomine ſcriptarum ad Sergium Conſtãtinopolitanũ Epiſcopũ, annis ante tã multis mortuũ. Nondum diſputo, quid contineri referatur in illis ipſis epiſtolarum memoratarum exemplis: ſed do interim cõtinuiſſe eadem, quicquid volueris: etiam quippiã, palàm contra aliquem articulum fidei, & veritatem iandudum certam ex definitione aut communi fidei eccleſiæ. Sed hoc eſt quod dico, nullam inueniri in omnibus illis actis factam inquiſitionem, an illæ chartæ, illa exemplaria, concordarent cum ipſis Honorij authographis epiſtolis. quæ nuſquàm productæ leguntur: nulla eius rei nec

requisita quidem argumenta: nulli producti, & legitime examinati testes, qui dicerent se vidisse authographa, & scire, quod vere illius fuerint: & qui suæ eius scientiæ causam certam proferrent, & cum eis concordare affirmarent, in chartis illis producta eorundem exemplaria: sed hoc vnum & solum, quod inter chartas Macarij, productas ex illo chartophylacio, inueniebãtur exẽplaria duarum epistolarum scriptarum sub nomine Honorij ad Sergium. Quantæ autem fidei, in re præsertim tã graui tantiq́ momenti, in qua omnia, luce clarius demõstrata & cõprobata oportuerat, eẽ debuerũt quæ ꝑducebãtur ex illo, q̃uis publico chartophylacio, nisi alijs sufful ta argumẽtis clarissimis atq; efficacissimis, gloriosiss. illis Iudicibus, nisi talpis cæciores fuissent, sufficienti argumẽto esse poterant acta quintæ synodi, ex eodẽ producta chartophylacio: quæ falsata fuisse, & impudentissime atque enormissime falsata, conuicerunt legati sedis apostolicæ. Item duo libri producti sub nomine Vigilij Romani Pontifi: quorum alter, se scriptum mentiebatur ad Iustinianum Augustum, alter ad Theodorã Augustã. Ad hęc, sermo quidã sub nomine Menę Cõstantinopolitani Episcopi, ĩscriptus, de eo, quod sit vna Christi voluntas: ad eundẽ Vigilium. Quæ vniuersa, parengrapha fuisse, notha, falsa, & conficta arte illa Grecanica, sub falsis & alienis authoribus, illi concitio palàm factum est. Ex qua tantæ falsitatis officina, quomodo non mox suspecta esse debuerunt, producta nuda illa epistolarũ Honorij exemplaria? Immo, si ipsa produxissent, quod non fecerunt, authograha, nec ea caruissent falsitatis suspicione, trita tot annis manibus eiusmodi falsitatis artificium. Quandoquidem & ille sanctus Leo, in Epistola quadam ad Palestinos, conqueritur se vi-

Falsitatis artifices Græculi.

B. Leonẽ quæri se viuo falsatam ab illis suã epistolam.

uo, falsatum fuisse à falsarijs illis Græculis, epistolam suam, qua ad B. Flauianum incarnationis verbi mysteriũ explicauerat. Qua in re quàm illi fuerint proni ac faciles, quàm diffamati, testatur Nicolai. I. ad Michaelem Imperatorem epistola. In qua idem ille, cuiusdam epistolæ Hadriani Pontificis, quæ in acta. vij. synodi relata legitur, mentionem faciens: & se ad eam referens.

Idem de suis, queri Nicolaum. I.

Si tamen non falsam, inquit, more Græcorum, sed sicut à sede missa est apostolica, penes ecclesiam Constantinopolitanã hactenus perseuerat. Hęc ille ad Imperatorem Græcum. In quibus audis Græcorũ morem. Quin et suis idem ille literis hoc ipsum accidisse à Græcis in eadem epistola conqueritur. Et ob eam causam, quasi illud sibi præuisum fuisset, omnium à se scriptorum & missorum authentica, & certissimæ fidei exemplaria, magna diligentia penes se retinuisse testatur, ad quæ prouocat.

Nota morem Græcorũ quẽ Nicolaus Põ. Michaeli Gręco Imperatori obijcit.

Ex quibus omnibus, euidens mihi factum videtur, quicquid demum continuissent illæ ipsæ chartæ, sub titulo exemplarium Epistolarũ Honorij ad Sergium, etiã si apertam hæresim contra symbolum & Apostolicum & Nicęnum, cæteraq; iã ante definita ab ecclesia, quod ex illis non potuerit Honorius iudicari vnquam fuisse hæreticus. Primum, Quia an illius ea vere fuerint, nunquam legitime probatum, immo, nunquam inquisitum, illa ipsa acta, quamuis nugacissima & mendacissima, palàm tamen loquuntur & demonstrant. Deinde, quoniam stat, vt supra ostensum est, errare quempiam contra aliquem articulum fidei, aut veritatem eius certam ex definitione aut communi sententia ecclesiæ, non tamen esse hæreticũ: qñ hoc ipsum non aĩaduertit, sed generali fide cõsentit ecclesiæ, & caret pertinacia. Ad hæc, vt clare constaret de mortuo quopiam, quod in vita sua aliqñ fuisset hęreticus, de quo tamẽ viuẽs notatus non fuisset, non

Recollectio rationis totius, et argumentorũ, quibus nititur. Quorum vim tu lector diligẽter põdera.

non posset de eo condēnari, et anathema pronūciari, nisi clarissime de eo ipso probatū fuisset, quòd in crimine hæresis discessisset impœnitēs. Cū alioqui temerarium, præsumptū, & iniquū necessario fore eiusmodi iudiciū quilibet intelligit. Qua enim temeritate, qui, mortuū aliquē pronunciabūt anathema, hoc est diuisum à Christi societate & corpore, de quo, ipsis certo non constat quòd in crimine dānabili sit mortuus ipœnitens? Quibus, an nō merito illud dicetur Apostoli. Vos qui estis, qui iudicatis alienū seruū? qui Dei partes, cuius vnius iudicio iam subest, eiusmodi vestro iniquissime vsurpato iudicio inuaditis? De Honorio igitur, et quicquid demum contituissent productæ sub eius noīe chartę, aut epistolarum exēplaria, et vt certo probatū fuisset ea ipsa cōcordare cū authographis suis, et ab oī falsi suspicione fuissent alienissime, demonstratū quoq; sufficienter per ea fuisset, quōcūq; volueris, errasse illū circa certā, & iandudum definitam aliquā fidei veritatem (quorum tñ oium nihil est: immo, neq; allegatū quidē, necdum luce clarius probatū illi concilio) non tñ potuisset iudicari fuisse hęreticus, & vt talis dānari, atq; anathematizari post mortē, nisi & hoc quoq; de eodē probatū extitisset luce clarius, quòd errori illi addidisset pertinaciam: sine qua, nullus error est crimen hęresis. Itē, quòd in ea pertinacia, post canonicā, sufficientē, et debitam admonitionē decessisset impœnitens. Quod cū non solū nunq factū, sed nec dictū, nec cogitatum quidē, illa ipsa acta palàm loquuntur & demōstrāt, quantūuis mendacia: temerariū sit oportet, præsumptū & iniquū planè illius concilij (si quod fuit eiusmodi) de Honorio, et ex quibuscūq; et qualibuscūq; scriptis eius, iudicium: quo, postq quinquaginta & eo amplius annos in sancta pace requieuerat, damnatus atque anathematizatus est vt hæreticus. Quod; cum de iudicio vni-

uersalis concilij legitime celebrati sit impium credere: constat ea ipsa acta esse qualia diximus: parengrapha, commenticia, & suppositia: aut certe multis partibus falsata, nec Germana alicuius vniuersalis legitime celebrati concilij.

Ratio tertia Ex causa quæ Honorio in actis illis suæ dánationis imponitur.

Tertia ratio, ex qua idem mihi constare videtur, ex causa ducitur, quæ illi, in eisdem actis imponitur Honorio: ob quam, tanto post mortem suam hæreseos damnatus, & anathema pronunciatus est. Est autem ea, quod senserit vnam tantum energiam aut operationem voluntatis fuisse in Christo. Quam vere autem illi hoc sit impositum, mox videbitur. Interim detur esse verissimum: detur, quod illi imponitur, credidisse, affirmasse, docuisse ipsum, quod nunquam credidit, nunquam affirmauit, nunquam docuit: ex eo tamen non potuit iuste post mortem suam damnari atque anathematizari vt hæreticus.

Etiam si credidisset & docuisset Honorius quod illi falso iponitur, nō potuisse ipsum ob id dánari vt hæreticum.

Demonstrauimus supra, ex vsu diuinæ scripturæ & ecclesiastico non omnem errorem aut erroneam fidem, de aliquo quod ad veritatem credendorum pertinet, esse hæresim: sed eiusmodi, qua quid creditur, contra, quam habeat communis, certa, ac definita fides ecclesiæ: vtq; aptissime & verissime Origenes definierit hæreticum, eum qui Christo se credere professus, aliud de veritate Christianæ fidei credit quàm habeat definitio traditionis ecclesiasticæ. Quam tamen definitionem ita modificandam existimauimus, quando ea ipsa definitio traditionis ecclesiasticæ & communis ecclesiæ sententia, contra credenti sufficienter nota est. Quod quando est, iam errori suo coniunxit pertinaciam, aduersus communem ecclesiæ sententiam: a qua, sibi satis cognita, dissentire tamen sibi duxit in animum. Ante omnia ergo, vt quis error sit crimen illud atrocissimum hæresis, & quis errans, hæreticus, certum id sit oportet, ex communi eccle-

Nullū errorē, hęreticū facere, nisi qui aduersatur veritati certæ ex cōi ecclesię sententia definitioneq; ecclesiastica.

siæ sententia, aut definitione ecclesiastica: cui contra sentiens ille, errat. Neque enim quicquid verum est, & ad veritatem fidei quoquo modo pertinet, continuo certum est ex definitione ecclesiastica. Necdum enim omnia definita sunt, sed pleraque adhuc permissa inquisitioni discussioniq; fidelium: quo & salubriter exerceantur ingenia, & excitentur studia: de quibus, in vtranque adhuc partem libere disputatur ab orthodoxis: & vtrauis pars licite asseritur: tametsi altera tantum vera sit, & falsa altera. Quid sit peccatum originis, adhuc hodie ex ecclesiastica definitione certum non est. Ita fit, vt quidam ipsum dicant concupiscentiam carnis nobis congenitam. Alijs videtur non ea esse, sed carentia originalis iustitiæ. Alij vtrunque in eius ratione complectuntur. Alijs vero nihil horum videtur omnium, sed ipsum peccatum originis: nempe, Adam. cuius reatus constringat omnes communis propagationis lege ab eo natos eius filios. Quicquid autem horum quis dixerit, & si erret, non peccat errans: nec est hæreticus, quandiu ex ecclesiastica definitione, quid illud proprie & vere sit, certum non est. Quin & hoc certum est & notorium, non omnia quæ nunc certa sunt ex definitione traditionis ecclesiasticæ, semper certa extitisse omnibus: nec simul omnia definita fuisse ab initio, sed successiue, suis quæque temporibus. Apostolis ipsis, diu post acceptum spiritum.s. etiam longe lateque in multa millia, in multas ciuitates, regiones, & prouincias, Cæsariam, Antiochiam, Samariam, Phœnicem, Cyprum, & loca intermedia propagato Christi euangelio, certum nondum fuerat, immo plane ignorabant, illud ipsum, etiam gentibus missum ad salutem: vsque dum cœlesti oraculo moneretur Petrus accedere Cornelium, & deinde cæteros ipse de hoc certos redderet Apostolos. Primitiuæ il-

Necdũ definita omnia.

Non simul certa definita quæ omnia fuisse ab initio, sed suis quæque temporibus.

lii ex Iudæis ecclesiæ, ab initio, & deinde annis multis, certum non erat, legem Mosaycam iã dum euacuatam per Christum, atq; ipsos ea non obligari vnà cum euangelio: immo Apostolos studiose & data opera cauisse, ne illis innotesceret hæc fidei veritas: vt quam intelligebant multis obstaculo & scandalo fore, ne ad Christi fidem conuerterentur, acta testãtur apostolica. At post, ablato eo scandalo, ẽt hæc ipsa omnibus innotuit fidei veritas. Multa deinde et alia nostræ fidei, ab initio certa oĩbus non fuerũt: quę post ex definitiõe ecclesię certa facta sunt. ante quã, error de eisdẽ, nemini vertebatur culpæ: præsertim: illi capitali & funestissimæ, crimini in quã hęreseos. At postq̃ ecclesiastica definitione certa facta sunt, qui illi, iam sibi non ignoratę, contra sentire, affirmare, et docere præsumeret, is ille iã vere erat hęreticus. & error eius eiusmodi pestilentissimus, et dãnabile crimen hæresis. Agrippinus ille, quondã Carthagineñ. episcopus, hęreticorũ odio & execratione, oĩa apud illos sacramenta irrita esse primus docebat. Rebaptizãdos proinde, baptizatos ab eisdẽ, si qui ex eis reuerterentur ad gremiũ ecclesię catholicę. & multis scripturarũ authoritatibus, adeo apparenter suã hanc opinionẽ astruxerat, & plerisq; persuaserat, vt etiã sanctiss. illũ & doctiss. Pontificẽ & martyrẽ Cyprianum, vnà cum vniuerso illo suo, numerosissimo sanè, Africano ep̃orum concilio, in erroris illius sui assensum pertraxerit. Sed quia hoc catenus ecclesiastica definitione certũ nõ fuerat, quod paulo post. b. Stephani Romani Põtificis, et apostolicæ sedis definitio certũ reddidit: quã sequuta est vniuersa per orbẽ Christi ecclesia: factũ est, vt Donatus post illã definitionem idẽ asserens, sit habitus hęreticus: illius autem Cypriani sancta & gloriosa apud nos perduret memoria. Authores et primi inuentores falsi & erronei dogmatis sint catholici: sectato-

Vt idẽ error, in præcedẽtibus ecclesiasticã definitionẽ inculpabilis, ĩ sequentibus sit damnabilis et hęreticus.

Exemplum Agrippinus Carthagineñ. Episcopus, reiterãdi baptismi author.

Cyprianus cũ suis eiusdẽ erroris assertor.

Post subsequutã de eo definitionẽ ecclesiasticã Donatũ eiusdem assertorẽ, merito

res vero recte iudicentur hæretici. absoluantur magistri, condẽnentur discipuli. cõscriptores librorũ opinionis erroneæ, filij regni sint: assertores vero gehenna suscipiat. Ita quoq; b. Irenei Lugduneñ. episcopi & martyris, Lactantij firmiani, d. Hilarij, b. Ambrosij, & aliorũ multorum sancta & gloriosa perdurat & celebratur memoria in ecclesia: siquis tñ quę in eorum scriptis inueniũtur oĩa, nũc vellet asserere, post certã de plerisq; eorum veritatẽ contrariã ex definitione traditionis ecclesiasticæ, is merito damnaretur vt hęreticus. Quare de cuiusq; sñia in fide erronea, quæ in scriptis eius legitur, vt recte iudicari possit, an illi deputari culpæ debeat, præsertim, ei capitali, crimini inquã hæreseos, distinguere tẽpora oportet, & prudẽter dijudicare, is ille, an definitionẽ de eadẽ ecclesię cõtrariã subsequutus sit, an vero pręcesserit. Nã si præcessit, nulli id vitio, nulli culpæ, nulli crimini eidem abscribi poterit: nec ipse, propterea dãnari vt hęreticus, nec eius scripta hęretica. Tametsi error perstringi et notari possit, et lector admoneri, ne illi sit offendiculo. Secus erit, si is ille, subsequutus sit definitionẽ eiusmodi, sibi nõ ĩcognitã.

habitum hęreticum.

Multos sctõs orthodoxos'q; patres docuisse multa, quæ nũc asseri non possent sine crimine hæresis.

Nota regulã.

Ad propositũ igitur hæc accõmodantes. Senserit Honorius quod volunt aduersarij, & assertores actorũ commentitiorũ illorum, quæ nos coarguimus; crediderit, & affirmauerit vnã tantum energiam volũtatis in Christo, Quid tum deniq;? Nũquid propterea aut ipse, aut alius quiuis ita sentiens & affirmãs fuisset hęreticus? Eatenus nunq̃ audita erat in ecclesia ea quęstio, Vnica ne voluntatis energia, an duæ energiæ dici deberent in Christo: sed plane noua inter contentionũ studiosos aliquos mota ea tum quæstio fuerat. Nusq̃ ẽt occurrũt istiusmodi voces in sacris literis, in partem vnã aut alterã: sed hęreticorum quæstionibus, & catholicorũ disputationibus: hinc paulo ante fidei veritates exagitatæ, discussæ, definitæ que

Ostẽditur ex pręmissis, ex, sibi, q̃uis falso impositis, non potuisse dãnari Honorium.

fuerant. Prima, de vnica Christi saluatoris nostri persona, contra Nestorium: qui Christum bipartiebat, & pro vno, duos nobis introducebat Christos. alterum, solum Deum: alterum solum hominẽ, qui ex Maria natus est. quam proinde, non Dei, sed hominis tantũ Christi genitricem blasphemabat. Cuius dogmatis impietas Ephesino primo concilio damnata fuerat, & definita orthodoxa veritas: nempe vnicum tantum Christum esse, Deum simul et hominem. Altera, de duarum naturarum veritate: diuina inquam & humana, in vno Christo: aduersus Euticetem, & eius sectatores. qui ita faciebant vnum Christum, vt veritatem illi duplicis naturæ adimerent: sed imaginabantur cõuersionem vnius in aliam. Cuius stultam, & diuinis scripturis contradicentem opinionem damnauerat Calcedoneñ. synodus: & suæ definitionis calculo certam omnibus fecit veritatem orthodoxam contrariam. Aduersus assertores impietatum istiusmodi, eatenus laborauerat Christi ecclesia: & vix dum obtinuerat catholica veritas. Tam enim est pertinax, vbi semel altius radices egit, hæretica impietas, vt vix cedat veritati, quamuis euidentissimæ: vt quamuis concordi catholicæ per orbem ecclesię reluctetur sententiæ. De energijs vero voluntatis Christi, plures ne illæ dicendæ essent, an vnica: eatenus nunquam quæsitum, nunquam controuersum quicquam fuerat in ecclesia. certe, nihil definitum: nec vlla pendebat pietatis iactura, ex eius quæstionis ignorantia. Quare qui tum ad suppositi vnitatem respiciens, & ex philosophicis rationibus persuasus, actiones primo suppositorum esse, tametsi à natura prodeant: ad hæc, in vno supposito, necessario requiri vnitatem ἡγεμονικὸν, quod & in illo, & in nobis voluntas est, credidisset vnicam esse voluntatis energiam in Christo: non fuisset ea propter hæreticus, in-

mo nihil peccaſſet ita credens; modo cum vnitate ſup-
poſiti vnius Chriſti, veritatem duarum in eo natura-
rum confeſſus fuiſſet. Nihil enim amplius eatenus de
Chriſto ex eccleſiæ definitione certum erat, præter ea
quæ continet Nicænum ſymbolum. Immo multo pro-
babilior, atque excuſabilior, huius, eo tempore, error
fuiſſet ante definitionem eccleſiæ contrariam, quàm bea-
tiss. Cypriani & ſuorum de rebaptizandis hæreticis fue-
rat. Cum his conſtare poterat communis eatenus eccle-
ſiæ per orbem obſeruatio contraria, in qua ſe præcipue
fundabat B. Stephani, & apoſtolicæ ſedis ſubſequuta
definitio.

Iniuſtiſſime ergo damnatus fuiſſet poſt mortem ſuã
Honorius, aut quiuis alius, et anathematizatus vt hęreti-
cus, propterea, quòd credidiſſet in vno Chriſto, cũ veri-
tate duarum naturarum in eodẽ, vnicã tantum fuiſſe vo-
luntatis energiam, non energias plures: ante vllam defini-
tionem eccleſiæ cõtrariã. immo multo iniuſtius, q̃ ſiquis
iam poſt tot ſæcula glorioſum illud martyrum & Pon-
tificum lumen Cyprianũ (quo Auguſtinus illũ dignatur
elogio) obſcurare aggrederetur, atq; ipſum dãnaret, ana-
thematizaretq; vt hęreticum, q; docuerit rebaptizandos
baptizatos ab hęreticis: quòd qui nunc doceret, merito
haberetur hęreticus. Aut ſiquis b. Ireneũ, Lactantiũ, Hi-
lariũ, Ambroſiũ, & alios pleroſq; patres orthodoxos &
ſanctiſſimos, quorum in benedictione glorioſa apud nos
merito celebratur memoria; atro carbone nunc notare
vellet, & abſciſſos pronũciare à Chriſti ſocietate et cor-
pore; quòd in eorum ſcriptis inueniantur nonnulla, quæ
nunc nõ recipit cõmunis doctrina eccleſiæ: & de quibus
veritas poſt illos illuſtrata & certa nobis facta eſt.

Certe, ſi iuſte ob ſnĩam eiuſmodi (quæ nũq̃ tamẽ eius
fuit) tanto poſt mortẽ ſuam tempore Honorius dãnatus

et anathematizatus fuit, vt hęreticus: bis hęretici erunt. Cyprianus, et Ambrosius, qui errasse inueniũtur in ijs q̃ multo grauioris momenti sunt, et magis ad pietatem religionẽq; pertinẽt: ter q; quater q; hęretici erũt b. Ireneus, Hilarius, et Lactãtius, & alij sanctorũ patrũ q̃ plurimi.

Demonstratur alienissimũ ab Honorio q̃d ei i actis illis imponitur,

Iam & hoc, q̃ ẽt mendaciter imponatur sancto & orthodoxo Pontifici, quòd consenserit eorum opinioni & sñiæ, qui duas energias negabãt in Christo, sed vnicã tantum affirmabant (quòd dãnationis illa cõmentitia sententia aduersus eundem & cæteros prolata continet, & affirmat constare ex scriptis eius ad Sergium, quæ ijsdẽ actis inserta leguntur) ex eisdem illis demonstrandum est: & sub oculos ponendum, q̃ sit cæca impietas: q̃ indocti & mali mendaciorum artifices Græculi illi falsarij. Ita autem habet ipsissima rei veritas.

Verissima de Honorio & monothelitic ę hęresis primis authoribus historia.

Cum maximas post difficultates, turbas et controuersias, quæ vniuersum penè Orientẽ inuoluerãt, vix dum expugnata esset Euticetis de vnitate naturæ in Christo sñia: & contraria veritas, de veritate duplicis naturæ in eodẽ, authoritate beatiss. Leonis, & Calcedoneñ. cõcilij definitione, stabilita, assertaq;, aduersus eandẽ vix dũ obtinuerat: cum mobiles illi, et ad oẽm nouitatem contẽtionemq; semper intenti Græci, noua quęstionũ, dissentionum, & altercationũ iam inuenissent semina: nouas voces, sub quibus dãnatã iam Euticetis impietatẽ conabantur reducere, aut certe ad eam, quantũ possent, simplices adducere. Itaq; primus Cyrus Alexãdrinus Episcopus, illius Dioschori prædecessoris sui fermento adhuc imbutus, inter suos docere cœpit: non iã, vt ille, vnicã naturã, sed (quod cum eodẽ affinitatẽ nõ paruã habebat) vnicam voluntatẽ & energian esse in Christo, Quod intelligẽs Sophronius illi vicinior Hierosolymitanus episcopus, ipse cõtra inter suos cœpit docere cõtrariũ. Hinc cœpta

Inter Cyrum Alexandrinũ, & Sophroniũ Hierosolymitanum, prima mota contẽtio.

exortaq;

exortaq; quęstionum & altercationū digladiatiōe inter vicinas ecclesias: à Sophronio, primo de eo relatū est ad Sergium Constantinopolitanū, velut secūdæ tunc sedis Epm: deinde ab vtroq; illorū, cōiunctis legationibus ac nuntijs, ad Honoriū Romanū Ponti. Qui sapienter perpendēs, quātum mali ex hmōi pugnis passa esset Christi ecclesia, dum pars queq; animosa cōtentiositate suū studebat defendere, & ex dogmatis nouitate celebritatē nominis quærere: ad hæc, cōsiderās sine introductarū vocū nouitate de vnitate aut dualitate energiarū i Christo, cōstare posse, intelligi, et cōfiteri veritatē antiquā, eatenus certam, orthodoxæ fidei: & sine vlla pietatis iactura potuisse ignorari definitionē q̄stionis eiusmodi: cōsuluit altercantibus, abstinere à nouitate vocū & q̄stionū istiusmodi, quæ vtrinq; tunc scādalum potuerūt generare simplicibus, & nouas pugnas perniciosasq; cōtentiōes excitare in ecclesia. præsertim, quod neutrius partis assertio adhuc certa esset ex definitione ecclesiæ. permanere autē absq; nouis q̄stionibus i cōfessione iam certa ac definita orthodoxæ fidei, quæ vnicuiq; fideli sufficere poterat. Nos enim, inquit, in eo quo iam puenimus: oportet ambulare ac permanere. Peruenimus aūt Deo duce ad mensurā rectę fidei, quā Apostoli veritatis, scripturarū funiculo extenderūt. In hac velut regia via, iussit illos incedere: & vtrinq; circūpositos euitare venatoris laqueos: ne in offendiculum aliquod pedem suū impingerēt incauti. Extra hāc semitā suadet nō egredi: & ꝓhibet à quoquā extorqueri: vt asserat, quod nec canonicæ scripturæ authoritas, nec synodalis inquisitio ac definitio inueniebātur eatenus explanasse. Iubet proinde nouæ adinuentionis, vnius & duarū energiarū, à cōtentionū studiosis introducta vocabula, à prædicatiōe fidei eximi: & in claro ecclesiarū Dei præconio permanere, quo duas naturas in vno

Relata ea, primo ad Sergiū, inde ad Honorium,

Respōsum Honorii, nō solū orthodoxum, sed prudentissimum.

Nō extorquēdū à quoq̄ vt asserat, q̄d nec canonicę scriptura authoritas, nec synodalis definitio explanasse inuenitur.

Quam aliena fuerit Honorii sñia ab ea quę ipsi īponitur.

Certe hoc in primis ex nũc dictis euidenter cõstat, falsum esse, quod Honorio, in cõmentitijs illis actis īponitur, ex ea quam nũc citauimus ad Sergiũ epistola: quod videlicet cõsenserit eorũ opinioni, qui duas energias negabant in Christo, sed asserebant vnicã. Docuit q̃dẽ ille abstinere ab īdefinitis adhuc q̃stionib⁹, quę nihil q̃ rixas & cõtentiones introducerent in ecclesiã, & quas licebat ignorare, salua nihilominus veritate necessaria orthodoxæ fidei. Iubebat abstinere à nouis tunc, & ob nouitatem scandalosis vocabulis, & permanere in definita dudum, certa, & antiqua confessione fidei. Interim tamen sub antiquis, & receptis in fidei confessione vocabulis docens duas operationes in Christo, non vnicã. Nam qui docebat duarum naturarum in Christo differentias integras, diuinam, & assumptam humanã, et quãq; operantẽ, quod sibi est propriũ: an non duas ille simul operationes affirmabat? Qui duo distincta operãtia, aut naturas operãtes dicit, quãlibet secũdum suã rõnẽ & essentiam propriã, quod suũ est, distincta item opera aut operata affirmat, an hic etiam distinctas illorũ operantium operationes, quis tacite, tamẽ clarissime insinuat? Ipsam itaq; verissimã veritatem cõtẽtiosis ijsdem subingerebat sapientissimus et Christianissimus Pontifex, deuitatis interim nouis tum illis, quæ cõtentiones vtrinq; cõcitauerant vocabulis: quorũ neutrũ, ex definitione ecclesiastica receptũ adhuc fuerat: & sine quibus, in terminis illis antiquis quos idẽ proposuerat, etiam in hodiernũ vsq; diem sufficiẽter eadẽ perdurasset orthodoxę fidei veritas et cõfessio, quæ nec hodie illis ipsis vocabulis vtitur.

Vt docuerit duas op̃atiões in Christo nõ vnicam.

Sed cũ illi ad cõtentiões et lites semp̃ ieiunãtes, sanis, salutarib⁹, et pacificis illius cõsilijs nõ acq̃escerẽt: sed magis Cyrus ille, sub nouæ, & indefinitæ q̃stionis vmbraculo, iandudum damnatam Euticetis & Dioscori præ-

decessoris sui impietatē, velut per cuniculos quosdā, ac dissimulanter reducere conaret: atq; eidem, eodē etiā respiciens accessisset tandem, & Sergius: & post hūc Pyrrhus adhuc ageret seditiosius: iam clare intelligēs, & perspiciens Honorius, quo tenderent eorū conatus impij: dogmatis illius monothelitici nouitatē, primus omnium atro carbone notauit, velut affinis Euticetis īpietati iā du dum damnatæ ab ecclesia: & quod eandem ipsam, q̄uis sub nouis atq; alijs vocibus, reducere satageret. Insuper & eius authores assertoresq;, vt moliētes ad subuersionem catholicorū, & iandudum definitorū dogmatum, damnationi subiecit. Quorū Pyrrhum, post acceptam in se damnationis sn̄iam: exilio relegatū fuisse ab Impe. Heracleo testantur oēs historiæ. Nam cum & hic seductus fuisset ab eodem, in suā perfidiam, quod sibi multarum calamitatū & malorū causam præstitisse post intellexerat, sancti Pontificis correptione resipiscēs; & ad sanam fidem reuersus, eiusdem sententiæ Pontificiæ in illū exequutor factus, eundem relegauit in Africam. Vnde non multo post mortuo Heracleo, Romam venit ad Theodorū Pontificem successorē Honorij: & simulata pœnitentia, acceptaq; ab eo fidei regula, apostolicæ sedi recōciliatus, ecclesiæ suæ Constantinopolitanę ab eodem restitui obtinuit. vbi, mox reuersus, ob veneno sub latum Constantinū Heraclij filium (cuius ipse veneficij author, aut certe conciliorū particeps fuerat) à fuga, qua salutem quærebat, retractus, à furēti populo occisus est. Cui suffecto Paulo, à Theodoro, primum ecclesiasticę cōmunioni interdictū est: eo quod orthodoxæ fidei normam, quā illi præscripserat, recusabat suscipere: adiuuāte pertinaciā eius Impe. Constantio, & ipso in eandē sedu cto hæresim. Deinde Theodori successor Martinus, cū nec eius correptionibus acquiesceret, cōgregata secum

Primū omniū Honoriū dānasse nouitatē dogmatis monothelitici, vt affinis īpietati Euticetis, & authores eius.

Pyrrhus damnatus ab Honorio, relegatus exilio, atque eius historia.

Heraclius Imper. Honorii coreptione retractus à monothelitica hæresi.

Paulum Theodorus, Pyrrhi successorē excommunicat. Martini Pon. in Monethelitas, districtio.

Romæ.cl. Episcoporũ synodo, prædecessorũ suorum in huius impietatis authores, Cyrum Alexādrinũ, Sergiũ, & Pyrrhũ Constantinopolitanos Epos cõfirmās sententiā, etiā Paulum anathematis vinculo illigatũ, omni quoq; ecclesiastica dignitate priuauit: et à Christiano nomine iudicauit alienũ. Quāobrem Olympius Exarch⁹ à Constantio Impe. prẹfato missus ad regendā Italiam, & Martinũ occidere iussus, submisit lictorẽ, qui in templo b. Mariæ maioris (quod dicitur) sanctiss. Pontificẽ diuina celebrantẽ, inter missarũ solẽnia ad sacrum altare confoderet. qui iussa facturus, diuino miraculo subdita cæcitate pcussus est. Sed de hoc Constantio, qui Cõstātini illius pater fuit, qui p̃sedit in cõcilio illo sexto, quod cõmenticiũ dicimus: cuius ea, quæ coarguimus, acta describuntur: deq; eius virtutibus, paulo post nobis iterum dicẽdum erit. Quorsum vero hæc dicta sunt, satis clare ex hijs demonstratũ existimo, qd fidei hijs illis ipsis actis habẽdum sit: & q̃ inique eorundem consarcinatores, falsissimi græculi, & qui oĩum penè hæreseon, quẹ vnquā viguerunt in ecclesia q̃diu adhuc cõstabat Græcia, authores fuerunt, suam illam impietatẽ monothelitică in sanctiss: Ro. Pon. Honorium referant.

Conclusio ex prẹmissis ĩ hac ratione.

Vna adhuc ratio aduersus cõmenticium illud concilium atq; eius acta proferenda est. Est autem eiusmodi. Anathemate, ac vẹ maledictionis æternẹ, diuinus spiritus per prophetā percellit oẽs, qui bonum malum, et malũ bonũ statuunt: ponẽtes lucẽ tenebras, et tenebras lucẽ. Vtrũq; fecit illud (si quod tñ fuit) conciliũ, cuius ea sunt parẽgrapha quæ coarguimus, acta. vi. synodi. Non fuit ergo illud ecclesiasticum, legitimũ, & vniuersale cõciliũ. Vna hic minor nobis demõstranda est: Lacerauit illud sanctam memoriam Honorij vere orthodoxi & sancti Pontificis, atq; eundem in pace mortuum iniustissime

Ratio quarta.

Vt his iniquũ fuerit illud cõciliũ, condemnās sanctũ & impium sancti ficans.

damnauit vt hęreticum, & anathema dixit, præcisumq; à Christi focitate et corpore, qui Christo cōiunctus, cū eodem regnat in cœlesti gloria. Et cōtra funestissimā & ter execrādam notorij hęretici, impij, sacrilegi, perfidi ac sceleratissimi hominis, Constantij inquam Imperatoris memoriā sanctificauit. Vtriusq; horū qualem diximus apud omnes scriptores & historicos fuisse memoriam, iam nunc demonstrandum est.

Qualis sit à scriptorib⁹ vniuersis celebrata Honorii pōtifi. memoria.

De Honorio in primis, vt syncerę et orthodoxę fidei studiosiss. propugnator fuerit, & hæreseos iniustissime damnatus à commenticio illo concilio, hactenus satis demonstratum est. Qualis vero eius celebrata sit memoria apud rerum ecclesiasticarū scriptores & historicos, iam nunc ostendendum est.

Beda.

In primis venerabilis Beda, Anglus, non ita multū distans ab eius ętate, libello suo de temporibus, strictim & paucis, vt cæterorum omnium, eius mentionē faciēs, ipsius cura & studio, prædicatione autem Pauli ab eo missi Episcopi, Eudinum Britannorū regem verbū salutis cū sua gēte suscepisse: apud Scotos vero, exortū in obseruatione paschali quartodecumanorū errorē, q primū in Nicęno, deīde et Calcedonē. cōcilijs dānatus extitit, et subiectus anathemati, eiusdē Pontificis lrīs ac diligētia correctū extinctūq; fuisse irrefragabilis author ē: vt q singulari authoritate venerabilis, suorū penè tēporum, suorū hominū, suæq; gētis res has scribit sibi notissimas.

Fla. Blondus.

Fla. Blondus Foroiulien. obiter eiusdē mentionē faciens, singularis illum in Deū pietatis cōmendat, & diuini cultus studiosiss. affirmat: scribens de eo in hac verba. Dum Longobardi, īquit, partim Isacij Exarchi metu, partim Theudelindę reginæ imperio, in Italia pacē seruarent: Honorius S. Pontifex, interea pacis vsus dulcedine, vrbis Romæ sacras ędes propè oēs, magnis sum-

ptibus instaurauit: quorũ nihil hoc tẽpore visitur aliud q̃ basilicæ beati Petri tectum ab ipso Pontifice tegulis æneis coopertum, &c. Sed & nouas ipse ædes aliquot à fundamẽtis extruxit: Agnetis martyris, via Nomẽtana. Appollinaris martyris, Cyriaci, Quatuor coronatorũ, Seuerini, via Tiburtina. xx. ab vrbe milliario, Petri & Marcellini, via Labicana, Pancratij via Aurelia. &c. Bartholomęus Platina, qui pro ĩstituto vitas Romanorum Pontificũ maiori studio ac diligẽtia exequutus est, in Honorio habet in hæc verba. Ferunt, inquit, Heraclium Impe. tum quidem rerũ desperatione fœdam pacẽ cum Saracenis inijsse, Pyrrhi Patriarchæ Constantinopolitani. & Cyri Alexandrini Episcopi fraudibus deceptum, in hæresim quoq; Monothelitarũ incidisse, vnã tantũmodo voluntatem in Christo docẽtiũ: vnde & nomen accepere. Hos tamẽ postea, tanti erroris authores, hortante Honorio, & verũ ante oculos literis nuncijsq; ponente relegauit Heraclius. Honorius autẽ à rebus externis aliquãtulum quietis adeptus, doctrina moribusq; omnem propè clerum reformauit: Basilicã b. Petri tegulis æneis ex Ioue Capitolino sumptis cooperuit: Ædem b. Agnetis martyris via Nomẽtana (vt carmen in abside idicat:) Ædem Pancratij via Aurelia restituit, &c. Moritur autẽ vir sanctiss. anno Pontificatus sui. xij. Hęc ille Platina. Similem de eodẽ memoriam ac mentionem faciunt quotquot mihi videre contingit scriptores cæteri. Raphael Volateranus, Hartmannus Schedel, Ioannes Nauclerus, Antonius Sabellicus, &c. Nec vllum reperi, qui non singularis sanctitatis, doctrinę & studij in religionem Christianam & diuinum cultum illi testimonium perhibuerit. Et hunc virum talem, execratur ter execrandum illud concilium commentum à falsarijs Græculis: sanctissimi viri sanctam memoriam lace-

Bartho. Platina.

Cõsentiẽtium scriptorum catalogus de Honorio.

rat: orthodoxæ fidei strennuũ assertorẽ propagatorẽq; & hęreticæ prauitatis exterminatorẽ, cleri, populiq; reformatorẽ, & diuini cultus ac honoris studiosissimũ, facit hæreticũ: & anathematizat sanctũ & Christo coiunctum in gloria. Cum ipsum fuerit, si quod tamen fuerit, vero anathemate, & vę maledictionis ęternæ perstrictũ diuini spũs iudicio: quo vę dicit ijs, qui bonũ malum & malum bonũ faciunt. Quod vt clarissime intelligas & nihil dubites in ipsum cõpetere, nunc audi: cuius viri idem ipsum contra sanctificet memoriam. illius nempe, cuius paulo ante meminimus Constantij, tyranni sęuissimi, notorij hęretici, impij, pfidi, sacrilegi. Quem Actiõe. xiiij. eorũdem actorũ, Imperatorem sanctæ memoriæ dicit. Fuit is, vt supra diximus, pater huius Constantini, qui præsedit fictitio illi cõcilio, damnatæ à sancto Martino Pont. & celebri Episcoporum (quos eà causa ad se euocauerat) numero. cl. concilio, & eius prædecessoribus, monothelíticæ hæresis pertinacissimus assertor. Qui & sanctiss: Pontificem, ea causa quod illi hæresi aduersus erat, post frustra intẽtatas primũ necis insidias, dolo tandem ac fraude, sub salutationis prętextu circũuentũ, capi fecit, et ĩ exilium deportari, & ad mortẽ vsq; affligi. Hic inquã est ille Imperator, cuius memoriã, cõmenticium illud cõcilium sanctificat: qui deinceps Romã veniens, & arte grecanica primũ religionẽ simulans, oblato b. Petri memoriæ intexto ex auro pallio, à Clero populoq; pacificũ eius aduentũ existimãtib⁹, pacifice & honorifice susceptus, mox ad rapinas & deprędationẽ vrbis cõuersus, omnes statuas ex ære & marmore locis insignibus ad vrbis ornatũ positas, omnia ecclesiarũ ornamẽta paulo decentiora diripuit: & nauibus ad id subuectis imposuit: plusq; ornamẽtorũ Ro. Imperator, Romanę vrbi, vij. diebus detraxit, q̃. cclvij. annis ante fecissent barbari.

Qualis fuerit Cõstãtius Impe. cuius idem cõcilium sanctificat memoriam.

in quorum

in quorum potestate sæpe fuerat. Nec Romæ tantum, sed vbicunque illi aut suis aditus patuit, eodem vsus sacrilegio, etiam Africæ, Sardiniæ, Siciliæ, & reliquæ sibi adhuc parentis Italiæ ecclesias, sacris vasis & pretiosis ornamentis spoliauit. Is ille est sanctæ memoriæ Imperator, qui dijs iam pariter exosus & hominibus, sæuus tyrannus in subditos, in omnes perfidus, in ecclesiã sacrilegus, in fide hæreticus, aduersus hostes mœticulosus, & vbique turpiter victus, ex vrbis direptione et ecclesiarum sacrilegio opima prǫda onustus, ex vrbe in Siciliam nauigauit: vbi post multa sceleratissime et crudelissime à se acta, tandem in vltionem tãtorum scelerum, apud Syracusas, dum libidini vacat, in balneo à suis confossus, dignum se exitum inuenit. Hæc atque istiusmodi de illo conformiter omnes produnt historiæ, quæ eorum temporum & gestorum mentionem faciunt. Fla. Blõdus. Paulus Diaconus, Platina in Vitaliano, Pius Pontifex, Nauclerus, Sabellicus, & cæteri. Hic igitur est gloriosus ille Imperator, cuius memoriam sanctificat illud concilium cuius acta legimus. Quòd si fuit, aut esse potuit legitimum concilium, non solum ecclesiasticum, sed et vniuersale, ex hijs puto, lector cui vel tantillum est mentis & iudicij, satis intelliget.

Catalogus scriptorum cõsentiẽtiũ, in explicatam Constãtij historiã

Ne hic perstringam vniuersa, ex quibus nasuto lectori facile subolere potest illa acta non esse germana, nec digna concilio aliquo ecclesiastico: Ita impudẽtissimis gnatonismis, seruilibus & abiectissimis adulationibus, plena omnia occurrunt: nihil vero syncerum: nihil conforme alijs concilijs ecclesiasticis omnibus: nihil Romanum: nihil dignum maiestate & authoritate Romanæ ecclesiæ: nec in literis quæ inseruntur Rom̃. Pontificis, nec in verbis & actis legatorum eiusdem in cõcilio: scilicet, ad læuam assistentium Imperatori, præsidi illius sacrosancti

Aliæ multæ notæ, perstringuntur, parengraphismi & falsitatis actorum illius concilii.

QQ

cõcilij, et gloriosissimis illis ab eodẽ deputatis Iudicib⁹, suis aulicis, Consulibus & Patritijs: itẽ tacentium & nihil contradicentium iniustissimæ, damnabili, & execrabili dãnationi sanctæ memoriæ sanctiss. Põtificis Honorij: aduersus quã, q̃ multa merito dici potuerit, immo debuerint, supra demonstratum est: ad hæc, sua taciturnitate approbantiũ superbos illos, adulatorios, falsos & vanissimos titulos, quibus lectæ epistolę Cyri ad Sergium iactabant & inflabãt eundẽ, inscriptę in hæc verba. Deo honorabili mihi domino, benigno principi pastorum, & patri patrum, vniuersali patriarchę Sergio, Cyrus humilis vester: Et altera: Proprio domino, & per oĩa à Deo honorãdo, atq; ter beatissimo, benigno pastorum pastori, & patri patrum, vniuersali Patriarchę Sergio, Cyrus hũilis vester. Aduersus quos fastuosos, fumosos, vanissimos, atque ipsi ecclesiasticæ hierarchiæ vnitati pestilentissimos titulos, quibus se mutuo scabebant leuissimi & ambitiosissimi Græculi, quantum laborauerant sanctissimi Pontifices, Pelagius, Gregorius, et Gelasius, legati illi apostolicę sedis ignorare non poterant. Vt taceam abiectissimæ seruitutis verba, quæ in eisdẽ actis, ijsdẽ attribuuntur legatis. Et quæ etiã intrusa leguntur in beatiss. Agathonis ijsdem actis insertam epistolam. quæ palàm Græcanicæ seruitutis & adulationis, nõ libertatis, dignitatis, authoritatisq; Romanæ ecclesiæ stilum characteremq; refert: & à stilo, tam ante illum, q̃ post semper vsitato literarum Romanorum Pontificũ, est alienissimus ac diuersissimus. Literas illius Imperatoris ad Donũ Papã eius prædecessorem, diuales apices, & sacra præcepta faciens, Italiam, seruilem eius prouinciam: vrbem Romã. serenissimi principatus eius seruilem. Græca hæc, sed eius temporis, non Romana moneta sunt causa vocabula: Græcæ seruitutis, non Romanæ dignitatis authorita-

tisq; hæ seruiles voces sunt: et ab omni stylo, forma, characterere epistolarum Romanorum Pontifi. etiã eius sæculi, & post, alienissimæ. Vt clarissime intelligere possis nihil in vniuersis actis illis esse germanum, nihil non tractatum arte illa Græcanica: nec quicquam dubites eiusdem fidei esse, etiam Leonis. II. Romani Pontificis, velut approbantis illius Honorij damnationum, epistolam. Nam vt à nemine cui mẽs sana et Christiana est, ea probari possit aut potuerit, ex hijs quę diximus, euidẽtissimum mihi esse videtur.

Quæ cum ita se habeant, nihil dubito, quẽq;, qui non alienis vniuersa videt oculis, nec alieno cũcta iudicio dijudicat, sed proprij etiam iudicij affert aliquid, clare ex hijs intellecturum, nec quicquam dubitaturũ, etiam acta quę nuperrime prodierũt, septimę synodi, recẽs, nescitur vbi inuenta, aut vnde allata, ac latine versa, ex eadem illa officina prodijsse: nec effugere potuisse, quin multas notas circũferrẽt artis illius Gręcanicæ: non solũ ijs locis qbus fit mẽtio sextæ synodi & dãnatorũ in eadem (Inter quos Honorius sanctiss. ille Pontifex vbiq; intrusus cernitur, quẽ vt vlla legitima synodus tanto post mortẽ eius hæreseos damnaret, fieri prorsus non potuisse, euidẽter, vt puto, demonstrauimus) sed etiã in alijs plerisq; multis. Ex quibus, vt vnum, exẽpli causa, proferã, tã crassum, vt nemini, nisi muco plane oppletas nares habeat, subolere nõ posiit. In actione eius secunda inserta legitur, vt lecta in eadem synodo, Hadriani. I. Romani Pontifi. ad Tarasiũ Cõstantinopolitanũ Episcopũ, epistola, apostolicæ sedis de ea q̃ tractabatur q̃stione, fidẽ et sñiam cõtinẽs: cui, vt orthodoxę & catholicæ, nõiatim subscripserunt vniuersi ex ordine pñtes Episcopi, totiũq; conciliũ. et quotquot contra sentirẽt execrati sunt, & anathema pronũciauerunt. Huic epistolæ idẽ ille falsitatis architectus, quis-

Eliam. vii. synodi acta, quę nuper prodierunt prorsus germana non esse.

Vt falsata Epistola Hadriani Pontifi. ad Tarasium Cõstantinop. Episcopum.

quis fuit Græculus, eodem, quo intellexisti, perpetuo re spiciens: inscriptionem assuit: quã iurabit Hadrianus ille, à mente sua, à suis literis, immo ab omnium Romanorum Pont. literis esse alienissimam. Iurabunt idẽ oẽs qui bus nota sunt historia & res ecclesiasticæ: & forma mo dusque scribendi Romanorum Ponti. Est autem ea in hæc verba. Dilecto fratri Tarasio, Patriarchæ œcumenico, hoc est, vniuersali aut generali. Hadrianus seruus seruorum Dei. Itáne Ro. Pontificum quisq̃, pronunciauit Episcopum Constantinopolitanum, Patriarcham generalem, vniuersalem, aut œcumenicum? Nouimus equidem Græcanicæ ambitionis, adulationis, & seruitutis, vt paulo ante diximus, hos fuisse indebite affectatos: superbos, & vanissimos, immo et pestilentissimos titulos, qui bus se scabebant mutuo, in ecclesiæ & suam maxime perniciem, vt testatur dies ista, soluentes ordinem et vnitatẽ hierarchiæ ecclesiasticæ. Vt autem à Romano, eoq; tali Põtifice, vltro attributas illi affingãt, quibus magna semper authoritate, velut ex professo, restiterunt oẽs Romani Pontifices, nimis impudens cęcitas, & cæca impudentia est. Notum est, Constãtinopolitanã ecclesiã ab initio inter primas sedes locũ nullũ habuisse. At post, ob sedẽ Imperialis residentiæ, Episcoporum eius ambitione, simul et principum instantia, ab eisdem persuasorum ad suam hoc dignitatem præcipue pertinere, vt Imperij sui illa sedes exaltaretur etiam in dignitate & authoritate ecclesiastica, primùm in gratiã Theodosij illius senioris, religiosiss. Principis, secunda vniuersalis, quæ post Nicænam prima Constantinopoli aduersus Macedonium & alios hæreticos nonnullos celebrata est synodus, prærogatiuam secũdæ sedis post Romanam ecclesiam, (quẽadmodum quintus eiusdem canon attestatur) illi detulit. Sed q̄a hoc nõ ꝓbauit apostolicæ sedis authoritas, pri

Nota assutam impudenter inscriptionem.

Vt diu frustra ambierit Constãtinopolitana ecclesia, secundæ sedis dignitatem inter ecclesias.

uilegia ecclesiarum, prout ab Apostolis & primis suc cessoribus eorum instituta fuerant, & in Niceno confirmata cōcilio, sæcularis potestatis prætextu immutari nō consentiens, nullam hoc authoritatem obtinuit in ecclesia: sed irritum & nullius momenti est habitum. Idē deinde, Anatholij Constātinopolitani Episcopi impro ba ambitione sollicitatus & persuasus Martianus Imperator, sua, qua valebat, gratia, quodāmō extorsit à Calcedoneñ. synodo actiōe eius. xi. vt est videre canone eius dem. xxvij. & nouissimo: quamuis contradicerent legati sedis apostolicæ. Sed liberrima constantia restitit etiā huic, quamuis vniuersalis tantiq; concilij indulgentiæ, Leonis. 1. Romani Pontifi. authoritas: & patres tantos, quod fecissent vltra sibi constitutum, arguit. & Imperatori, quamuis instantissime, vt consentiret, petenti, ita per literas satisfecit, vt probaret liberam eius authoritatem & constantiam: dignā ecclesiasticæ hierarchiæ præside. Anatholio autem, eius turbæ & ambitionis authori, ēt ecclesiastico officio interdixit: vsq; ad dignā pœnitentiā. Quæ in hunc modum acta, plurimæ eiusdem beatiss. Pontificis testantur epistolæ. atque alibi à nobis copiosius demonstratum est. Tandem tamen, cum turbato idies magis statu Imperij, subtractoq; ab eodē vniuerso penè Occidēte per incursiones occupationesq; barbaricas, et iā Gallia teneretur à Frācis Hispania à Gothis, Italia ab eisdē et Lōgobardis, Britānia ab Anglis, Africa à Vādalis, et Germania suo iure viueret, & tandē etiā Frācorum Imperio cederet: Cū inquā in hūc modū Occidente diuiso ab Oriēte, minus etiā q̄ oportuit, in Oriētis ecclesias valere īciperet, minusq; efficax haberet Romanorū Ponti. authoritas: tādē horū quasi necessaria cōtinentia, Constantinopolitanorū autē tam Imperatorū q̄ Episcoporū pertinaci ambitione, id obtinuerunt, vt post

Vt obtinuerit tandem ambitio pertinax.

Romanam ecclesiam, secundæ sedis authoritatem haberet Constantinopolitana ecclesia. Vt autē nullum modū nouit ambitio, demum sub Pelagio Ro. Ponti. & Mauritio Imperatore, Ioannes quidam Constantinopolitanus tunc Episcopus, eò prorupit insolētię ac vesaniæ, vt, Imperiali sibi accedēte fauore, cōsensu ac studio, cōuocato Episcoporum aliquot, seruili mœtu sibi consentietiū, aut aliter persuasorum, concilio, in eo, Patriarcham œcumenicum aut vniuersalē se pronunciaret. Aduersus cuius stultissimam arrogantiam idem insurgens Pelagius, concilium illud, sua & apostolicæ sedis authoritate deduxit in irritum: & Episcopis qui in eo conuenerant, stultæ illius elationi ac insolentiæ consentire, sub anathematis interminatione interdixit: addens tā antecessores eius, q̄ eū ipsum etiam Ioannem, suis literis et epistolis proprio roboratis sigillo & chirographo apostolicæ sedis hanc authoritatem sæpe recognouisse, & publicæ confessos fuisse, super vniuersam Christi ecclesiam: seipsos etiā successoresq; suos, si aduersus eiusdē sedis authoritatem se vnquā efferrent, cōstringentes anathematis vinculo. Iccirco, inquit, nō est necesse illos excommunicare aut anathematizare. Quia ipsi, anathematis vinculo seipsos (pprijs manibus suas professiones, suaq; scripta roborantes) constrinxerūt. Hæc ille Pelagius ad Ep̄os qui ad illicitā vocationē Ioānnis illius Constantinopolitani Episcopi cōuenerāt. At sublato paulò post è viuis eodē Pelagio, etiā D. Gregorium eius successorē eadē tempestas excepit. Qui, quod Ioannis illius vanissimæ & pestilētisiimæ ambitioni aduersaretur, etiā Mauritij Imp. grauissimas iniurias pertulit. Cui quadā respōdens epistola, non suam eam, sed Dei & ecclesię totius causam esse verissime contestatus est. Quia, inquit, piæ leges, quia venerandæ synodi, quia ipsa D. N. Iesu Christi mādata, superbi & pō

Vt sub Pelagio & Gregorio, Ioānes Cōstanti. Episcopus, affectauerit titulum Oecumenici.

Pelagii aduersum illum authoritas.

Vt D. Gregorius, eandē ob causam Imperatoris graues iniurias pertulerit.

Vt Dei, et eius ecclesiæ eā esse causam affirmet.

patici cuiusdam sermonis inuentione turbantur. Cunctis enim euangelium scientibus liquet, quòd voce dominica sancto & omniũ Apostolorum Petro principi Apostolo, totius ecclesię cura commissa est. Ipsi quippe dicitur. Petre amas me? Pasce oues meas. Ipsi dicitur. Ecce Sathanas petijt cribrare vos sicut triticũ. Ego aũt rogaui ꝑ te, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquando cõuersus, cõfirma fratres tuos. Ipsi dicitur. Tu es Petrus, & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meã. Et portæ inferorũ nõ præualebũt aduersus eã: Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcũq; ligaueris super terrã erit ligatũ, et in cœlis: Et quodcũq; solueris, solutũ. Ecce ptãs ei ligãdi soluendiq; tribuitur, cura totius ecclesiæ et principatus cõmittitur, et tñ vniuersalis Apostolus nõ noĩatur: et vir sanctissimus consacerdos meus Ioãnes, vocari vniuersalis Episcopus conatur? Exclamare cõpellor & dicere. O tẽpora, ò mores. Ecce cuncta in Europę partibus Barbarorũ iuri sunt tradita, destructæ vrbes, euersa castra, depopulatę prouĩciæ, nullus terrã cultor inhabitat, sęuiũt et dñant quotidie ĩ necẽ fideliũ, cultores idolorũ: et tñ sacerdotes, qui in pauimẽto & cinere flentes iacere debuerũt, vanitatis sibi noĩa expetunt: & nouis ac profanis vocabulis gloriantur. Hæc ille Gregorius ad Mauritiũ illius scandali patronũ. Aduersus quẽ, cũ diuina vltio, suę vindex ecclesiæ, Phocã tandẽ armasset, militari tumultu in castris Imperatorẽ creatũ, idẽ, post sublatũ cum coniuge & liberis Mauritium, etiã scãdalũ illud, Imperiali edicto de ecclesia sustulit: coercita Constantinopolitani Epi insolẽtia: Vetuitq;, ne quis alius noĩaretur vniuersalis ecclesię Patriarcha aut Episcopus, ꝙ vn⁹ Romanæ ecclĩæ Põtifex. Qui, vt semper caput fuit ecclesiarum omnium, ita & ecclesiasticæ hierarchię priceps semper est habitus. Et quãuis idem Gregorius, tam in memorata ad Mauritiũ Im

Vni Petro, voce dominica totius ecclesiæ curam commissam.

Sublato Mauritio, à Phoca Imp. sublatum illud ab ecclesia scãdalum.

Regum, erga Romanos Ponti. affectus ac reuerentia fuerit. Simul vt & hinc conijcias, quale illi Carolo, & quàm amœnum ingenium fuerit, qui barbaro illo atque illiterato sæculo tale carmen (quod idem ipse in eodem testatur, nec dubitare sinit tanti viri fides & dignitas) suo marte fecerit. Est autem quod sequitur.

Epitaphiũ cõpositum à Carolo magno, incisum sepulchro Hadriani Pon.

Hic pater ecclesiæ, Romæ decus, inclytus author
Hadrianus requiem Papa beatus habet,
Vir, cui uita Deus, pietas lex, gloria Christus,
Pastor apostolicus promptus ad omne bonum.
Nobilis & magna genitus de stirpe parentum,
Sed sacris longe nobilior studijs.
Exornare studens deuoto pectore pastor
Semper ubique suo templa sacrata Deo.
Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra uiam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris peruigil in studijs.
Mors cui nil nocuit, quæ Christi morte perempta est,
Ianua sed uitæ mox melioris erat.
Post patrem lachrymans Carolus hæc carmina scripsi.
Tu mihi dulcis amor, te modo plango pater.
Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.

Te clerus & populus magno dilexit amore.
Omnibus unus amor optime Præsul eras.
Nomina iungo simul titulis clarissima nostris,
Hadrianus, Carolus, Rex ego, Tú que pater.
Qui legis hos uersus deuoto pectore supplex,
Amborum mitis, dic, miserere Deus.
Hæc tua nunc teneat requies charissime membra,
Cum sanctis anima gaudeat alma poli.
Vltima quippe tuas donec tibi clamet in aures
Principe cum Petro surge uidere Deum;
Auditurus eris uocem scio iudicis almam,
Intra nunc domini gaudia magna tui.
Tum memor esto tui pater nati optime posco.
Cum patre dic natus pergat & iste meus.
O pete regna pater felix cœlestia Christi,
Inde tuo precibus auxiliare gregi.
Dum Sol ignicomo rutulus splendescet ab axe
Laus tua sancte pater, semper in orbe manet.

Intelligis ex hijs Christiane lector, qualis ille, quantusque Pontifex fuerit. Qui.xxiij.annis, mensibus.x.diebus.xviij. magna cum laude & gloria sapientissime rexit Christi ecclesiam: & quàm indigne, quàm mendaciter ei affingatur, quòd euidenter constat vniuersos semper op

pugnasse, etiam qualescunque Romanos Pontifices. Nimis certe impudens, nimis crassa hic fuit Graecule tua impudentia: non bonum falsitatis hic praestitisti artificem: nimis aperte commissura exorbitat. Sed ita ferè fit, vt alicubi sui ipsorum obliuiscantur mendaciorum artifices: vt alicubi promineat aliquid, vnde coargui possit, quamuis magno artificio constructum & elaboratum mendacium: Cum vnica sibi, nuda, simplexque vndique & secure constet atque consonet veritas. Tametsi qui diligenter aduertit animum, & cum iudicio eadem illa ipsa acta relegit & confert secum, plurimas & alias notas deprehendit, vnde non immerito conijciat non fuisse germanum & certae fidei exemplar illud graecum, vnde quae legimus latina versa sunt: nec quo acta sunt ordine in eodem contineri. Certum est enim, si ipsam in illis rerum naturam spectes, & agendorum ordinem, ante in synodo recitatas fuisse Hadriani illas literas, continentes fidem & sententiam sedis apostolicae, de quaestione tum controuersa ac proposita: & secundum eas, consonam suam sententiam declarasse patres vt orthodoxam & catholicam, quàm recantaturi inducerentur in concilium episcopi sententiam suam, quam eidem habuerant contrariam. Praesertim, cum ijdem illi, mutatae sententiae suae, & intellectae veritatis orthodoxae contrariae, causam interrogati, hanc proferrent: quod viderent vniuersum illum coetum, idem loqui & idem sentire. Explicata ergo ante fuerit oportet communis concilij sententia, quàm hij introducerentur reuocaturi sententiam contrariam: & petituri sui erroris veniam. At hoc, prima actione, mox ab ipso eius initio, velut ex abrupto factum introducitur. Immo inter illos primus omnium Basilius Ancyrae Episcopus, etiam ambitiose excusans, quod tardius ad hoc ipsum accesserit, inducitur.

Et alias multas falsitatis notas deprehēdi ī actis illis vij. synodi.

RR ij

Illud vero, secunda actione post factum scribitur. Ad hæc, mentitur idem, qualecunque fuit, exemplar, tres præcipuas actiones eius synodi, secundam, tertiam, & quartam, absolutas die vnico: nempe, vi. KL. Octobris Indictionis.xi. Quarum quamlibet, si actorum multitudinem, grauitatem, & tam numerosi conuentus expendas frequentiam, multorum dierum fuisse clarissime intelliges. Atque eius generis offendes in illis alia plurima. Sed hæc mihi hoc loco sufficere posse videbantur, pro asserenda aduersus mendacissimos Grecos sanctiss. Ponti. Honorij memoria: et ad commonefaciendos nostros, ne hijs quæ nunc sine certa & publica fide prodeunt indies, sub magnorum authorum nomine, tam secure accedant, & suam fidem addicant, sed vniuersa legant cum iudicio. Ego quidem sextam & septimam vniuersales synodos nihil dubito legitimas, sanctas, & authoritatis certæ atque irrefragabilis: et legitime actum, definitum, ac decretum, quicquid in illis actum, definitum & decretum est: Aeque tamen, quod hæc, quæ nunc primum nescimus vnde, prodierunt acta, sub earundem synodorum titulo & nomine, notha, falsata, & minime germana sint, nihil dubito. quia multa in illis euidenter falsa leguntur: multa acta, & definita, quæ non possunt esse acta legitime, nec ab vllo legitimæ & certæ authoritatis cõcilio. Quicquid nouiter prodit, sub vetusti, quamtis probatissimi authoris nomine ac titulo, certam apud nos authoritatem habere non potest. Nullum enim argumentum aliud habere possumus, vnde libros quos legimus suis certo recognoscamus authoribus, quàm multorum sæculorum, & antiquitatis consensum. qui nobis de hijs quæ nouiter prodeunt, vt constet, fieri prorsus non potest. de authoritate dictarum synodorum, antiquitatis, & multorum sæculorum certum consensum

Non posse certam apud nos authoritatē habere, quicquid prodit nouiter, sub vetusti authoris nomi ne ac titulo.

perſpicimus. Quod vero iſta, quæ nunc prodierunt, eorundem acta Germana ſint, eundem antiquitatis conſenſum non perſpicimus. Ridicule autem faciunt, qui nobis dubitantibus de horum fide, iubent, vt proferamus alia, quæ vera, certa & germana ſint. Quod cum non poſſumus, vt hijs, velut certis germanis'que credamus, à nobis exigunt. Perinde enim faciunt, ac ſi nugator & falſitatis architectus quiſpiam, nūc nobis proferret confictā à ſe ſub nomine Pauli ad Laodiceñ. epiſtolā, (ſcripſiſſe enim ad illos idem teſtis eſt) & non credentibus quam proferret, eam vere Pauli eſſe, iuberet proferre veriorem aliam. Quam tametſi ego nullam habeam, non tamen ob id credam eam eſſe, quæ mihi à quocunque aut vndecunque profertur cum Pauli titulo. Sed hæc propoſitæ cauſæ ſuffecerint. *Cauilli remotio.*

CHARTARVM SERIES.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF
GG HH II KK LL MM NN OO PP
QQ RR duerniones omnes.

Venetijs apud heredes Lucęantonij Iuntæ Florentini M D XLI.
menſe ſeptembri.


L
A